SACRA RITUUM CONGREGATIONE

Emo, & Rmo Domino

CARDINALI CARACCIOLO

EPISCOPO PRÆNESTINO

R E L A T O R E

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ
DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

NOVA POSITIO
SUPER MIRACULIS

ROMÆ MDCCCXIV.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIA DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

NOVÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu; & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER

1 De Miraculis, quæ deprecante *Ven. Antistite ALPHONSO DE LIGORIO* a D. O. M. patrata feruntur; secundo dicturus brevi optassem me posse oratione expedire, ut quantocius præclarissimo viro, & de Christiana Republica optime merito Altarium decernerentur honores. Verum cum eò res nondum perducta sit, ut nihil omnino supersit vel illustrandum, vel diluendum; imo cum plura occurrant, eaque gravissima, quæ sapientissimis Consultoribus, nova defensorum studia requirere visa sunt; meo deessem muneri, si brevitati consulturus, aliqua prætermitterem ex iis, quæ obstaculo fuerunt, quominus de iisdem constare pronunciarent. Exceptiones igitur, quæ adversus urgent, ingenuo proponam calamo, & Postulatoribus gratulabor, si easdem solida refutatione dejiciant.

MIRACULUM I.

Subitæ ; perfectæque restitutionis Mammillæ cum papilla ob ulcus cangrænosum magna ex parte prius abscissæ MAGDALENÆ DE NUNTIO.

2 Instantanea reproductio Mammillaris substantiæ magna ex parte pridie ferro anatomico abscissæ si idonea, minimeque dubia probatione esset demonstrata, nemo forte ex Consultoribus fuisset, qui de vero, stupendoque prodigio ad secundam Miraculorum classem amandando, dubitasset. Quis enim jure posset ei refragari, ac opus illud naturæ viribus appingere, quod solius est dexteræ Excelsi ? Verum dolendum maxime quod vel omnino desit, vel in ancipiti versetur probatio facti, si Testes, quibus innititur, secum non conveniunt, & quandoque etiam in substantialibus referendis circumstantiis adversa fronte pugnant ? Si illi præsertim, quorum relationibus fidunt Defensores, dum mirabilem eventum plus æquo celebrare conantur, ut illustriorem reddant, ac reapse est, in damnandæ exagerationis vitium incidunt, quod & eorumdem elevat fidem, & id quod erat nuda, & simplici narratione exponendum, in apertum discrimen adducit ? Quæstio igitur eo recidit omnis, ut quanti, valeant allatæ probationes severiori scrutemur indagine.

3 Nollem principio dicere de Medici curantis defectu ; veruntamen præterire id non licet, quod in enormi Testium discordia magnum infert Causæ detrimentum. Is enim solus erat, qui in hac severitate judicii ceteros præstasset, veras facti circumstantias pandere potuisset, & frequentes substantiales antilogias componere. At non amplius fruebatur lucis usura, dum instituta fuit inquisitio. Quid hoc nostra interest, si eo deficiente illud desideratur, sine quo difficillimum est ea secernere, quæ vera sint, & sine errandi formidine prosint ad recte judicandum ? Habemus, non inficior, examen *Georgii de Nuntio*, qui juridice testatus est quidquid a curæ Medico ex industria, ut obsequeretur Parocho rogauti, acceperat. Hoc aliquid est, non tamen satis, tum quia *Georgius* auritus est, & dum de Miraculis quæritur, oculati tantummodo gradum obtinent probationis, auriti vero simplicis adminiculi ; tum quia ignoramus qua spiritus, & mentis integritate polleret homo forte jam senex, morbo affectus, in lectulo sui doloris decumbens dum facti historiam narravit *Georgio* (a) ac tandem tum quia aliud est factum exponere respondendo juridicis interrogatoriis ad eruendam veritatem inventis,

(a) Sex anni jam intercesserant a patrato prodigio. Siquidem hoc acciderat *anno* 1790 & *Georgeus de Nuntio* ad ægrotantem Medicum *Joannem Baptistam de Orlando* venit facti relationem perconctaturus *anno* 1796. (*Summar. pag. 7. in fine & seq. in princ.*) Ætas, lapsus temporis, ægritudo, facile poterant in revocanda rerum præteritarum memoria, non levem perturbationem, ac confusionem inducere.

tis, aliud vero simplici relatione amico id petenti narrare. (a) Vide igitur quanti fieri debeat defectus examinis *Medici de Orlando*, qui solus potuisset in enormi testium contradictione aliquam nobis lucem afferre ad veras facti circumstantias a falsis, dubiis, suspectis, exageratis secernendas.

4 Etenim ad prodigii rationem *duo* plane ad veritatem sunt demonstranda. *Primum*: magnam Mammillæ partem una cum papilla ferro reapse fuisse abscissam. *Secundum*: deperditam substantiam unacum papilla extemplo fuisse pectori restitutam. At qui neutrum adfirmari certo potest, quia dubia, multumque suspecta est fides testium unum alterumque asserentium; quis, quæso, erit, qui a dubiis exaggeratisque circumstantiis figere pedem tuto possit, & in judicando non hæsitare? Porro Consultores demonstratum primum fuisse negabant, vel saltem in ancipiti positum jure censebant: ergo & alterum sponte corruit, quia id restitutum dici nequit, quod non constat fuisse ablatum.

5 Et revera si non omnes conveniunt testes in re, quæ probanda proponitur in titulo; si discrepant, secumque pugnant in determinanda certa quantitate mammillaris substantiæ ferro abscissæ; si papillam ne memorant quidem *sanata Mulier*, *ejus Vir*, *ac Georgeus de Nuntio* qui facti seriem accepit ab ipso *Medico de Orlando*: si altum apud eosdem conjuges silentium de Sacramentorum susceptione a Medico desperatis jam rebus præscripta; vacillet saltem necesse est arduum illud difficileque subjectum, quod, ut constitutivum Miraculi secundi generis, mira confidentia profertur.

6 Hujusmodi exceptiones a me propositas in præteritis Animadversionibus nequeunt inficiari Defensores egregii: volunt tamen nihili esse pendendas; *quia* duo tresve testes in adfirmando concordes ad necessariam probationem sufficiunt: *quia* discordes non sunt, si quis

(a) Optassent nonnulli Consultores testimonium saltem ab ipso *Medico de Orlando* emissum coram publicæ auctoritatis Viro, Tabellione, et Testibus, ejusque caractere subscriptum. Id tamen innuisse sat est; quia & si ita factum fuisset, non ideo tamen hujusmodi attestatio fidem in judicio facere potuisset. Siquidem *anno* 1796. Apostolica Auctoritate rogari haud poterat cum Inquisitioni hujusmodi manus admota primum fuerit *Anno proxime sequenti*, ac Testes rogari cœperant *exeunte Majo*. Id militat etiam quoad *Magdalenam Marj*, quæ frustulum vestis & Imaginem Ven. Viri ad Ægrotantem detulit, eique suasit, ut ejusdem validam opem imploraret. *Hujus Attestationem*, ut illam *Medici de Orlando* nonnemo desiderari dolebat; verum *si Magdalena* decessit antequam locus fieret Apostolicæ Inquisitioni, nonnisi extrajudicialem Attestationem, priusquam e vita migraret, dare potuisset, quæ in judicio adminiculi quidem, non autem probationis vim obtinuisset, ut videre est apud *S. M. Benedictum XIV. lib. 3. cap.* 10. *num.* 13. Licet vero hujusmodi attestationes exulare a nostris Judiciis debeant, miror tamen, cum recens erat facti memoria, a Postulatoribus exquisitas non fuisse cum ad animum informandum, tum ad articulos conficiendos. Quod si in utramque dormierunt aurem usque *ad annum* 1796., quo primum = *non so da qual individuo della Congregazione* = rogatus fuit abbas Curatus Terræ Reini = *che si fosse informato con precisione del Miracolo &c.* = (prout latius in *Summ. pag. 7. in fine & sequenti in princ.*) certe consequitur tantam non fuisse celebritatem facti, quanta esse debuisset, si, ut narrant Nucerini Testes, in subita restitutione abscissi membri constituendum esset prodigium. Imo si tale revera fuisset; Postulatores, ne potiores Testes perirent, curassent Ordinaria Auctoritate juridicam Inquisitionem, quæ opportune fieri poterat, quia nondum Apostolica Sedes per signaturam Commissionis manus apposuerat. Vide *præterit. Animad. pag. 7. §. 16.*

aliquid refert, quod alter præterit; *quia* si aliqua contradictio occurrit, dummodo substantialis non sit, fidem potius firmat, quam elevet; *quia* mirum non est, si non omnes conveniunt testes in iisdem circumstantiis enumerandis, quum aliqui in Processu Nucerino fuerint rogati, alii in Agathensi, & Judices, ac Sub-Promotores qui primo incubuerunt, peritia, & diligentia alios præstabant, quibus datum est alterum construere: ac tandem; *quia* quæstio omnis argumento negativo innititur, quod in judiciis nullam vim habet. Hæc summa defensionis est: quanti singula valeant, videndum.

7 Et primo quidem non diffiteor duo, tresve Testes contestes quoad omnes, substantialesque circumstantias, ac Miraculi extrema satis esse ad judicandum de prodigio. Id tamen obtinet si nulla intercedat suspicio falsitatis, & exaggerationis; si qui adfirmant adversa fronte cum aliis non pugnent; si alii Testes ideo silentio premant illud, in quo proprie Miraculum est, quia nesciunt, nec illud taceant, quod certum est nequivisse ignorare; si de diversis circumstantiis, & statibus, non de una eademque potissima circumstantia, uno, eodemque statu res sit: non enim necesse est, ut omnes, & singuli Testes de omnibus, & singulis circumstantiis deponant, dummodo omnibus simul collatis idonea, clara, minimeque suspecta coalescat probatio; opus est tamen, ut nulla prorsus dubitatio intercedat quoad ea, quæ essentialia Miraculo sunt. In nostra autem facti specie hujusmodi conditiones desiderantur. Quid igitur prodest, si duo, immo etiam tres Testes habeantur contestes de eo, sine quo nullum Miraculum est?

8 Si vellem persequi singillatim cuncta, in quibus Testes minime inter se conveniunt, improbum laborem susciperem. Aliqua esse mere accidentalia non diffiteor, ac propterea sine veritatis dispendio prætereunda. Tale certe non est ea discordia, quæ circa quantitatem mammillaris substantiæ ferro abscissæ versatur = *tagliò una porzione di carne* = *recise più della metà della zinna* = *fu costretto a recidere una buona porzione della mammella* = *restando così recisa quasi tutta la mammella* = *cacciò &c. una notabile porzione di carne* = Sed etiamsi liberaliter cum Defensoribus agens concederem momento hanc antilogiam aliquo modo componi posse; exaggerasse tamen videntur illi, qui abscissam volunt = *più della metà della Zinna* = *quasi tutta la mammella* = nam = *una porzione di carne* = *una buona porzione della mammella*, *una notabile porzione di carne* = non important *quasi tutta* = *più della metà* = sed verificantur de abscissione infra membri medietatem; immo verius de abscissione corruptarum partium per forficem intus mammillam immissam, salvis externis integumentis, ut infra loco magis opportuno ostendam.

9 Sint tamen hæc, & id genus alia accidentalibus circumstantiis adnumeranda, uno tantum exaggerationis vitio infecta, &, si vis, etiam facile componenda; numquid idem dicendum de substantiali illa, gravissima, ac potissima abscissionis papillæ? hæc illa, quæ dat subjectum prodigii ad secundam classem referendi: Hæc illa est, qua plene probata, titulus sustinetur: si de ea dubitari tantum liceat, vel Miraculum nullum est, vel emendato titulo in longe diverso subjecto reponendum. Atqui ita est. Excute tabulas. Quorum maxime intererat eam pandere, scilicet sanata fœmina, ejus vir, curæ medicus

dicus alto præmunt silentio. Discordant igitur a duabus loquacissimis fœminis, ac rudi villico, qui nescio, num oculis, an falsa opinione decepti, eam nobis propinant. Si hæc substantialis non est discordia, quænam alia hoc appellanda sit nomine, non video.

10 Neque tecum reputes credendum esse adfirmantibus, quia bona fruuntur fama, nec ullam patiuntur exceptionem, quæ ipsorum elevet fidem, quin officiat aliorum silentium, quod forte repetendum sit vel a facti oblivione, vel a rogantium incuria. Etenim ad primum quod attinet, visi profecto sint Nucerini Testes tam apostolicis delegatis judicibus, quam sub promotoribus Fidei incorruptis moribus præditi, ac fallere nescii. Num quid sublata nobis facultas est animadvertendi in eorum dicta, ut pronis auribus excipiamus quidquid ab ipsis juridicis tabulis consignatum est? Longe aliter docet Sapientissimus Pontifex *Benedictus XIV.* qui aptè ad rem ait = *Nedum Judicibus remissorialibus, qui Testes examini subiiciunt, impositum est onus Sacram Congregationem per Epistolam peculiarem admonendi; an aliquid in examine deprehenderint, quod fidei Testibus præstandæ adversetur; sed in hoc etiam præcipue versari diligentiam fidei Promotoris, Consultorum, & Cardinalium S. C. ut perpendant, an Testes examinati tales sint, ut eorum dictis credendum sit* (a). Dabo tamen Nucerinos Testes non id sibi ex animo proposuisse, ut fingerent quod falsum esse certo sciebant; falli tamen poterant, quin fallere vellent. Lapsus septem annorum a patrato prodigio poterat in repetenda rerum præteritarum memoria non levem idearum confusionem inducere, quod & frequenter, & longe facilius accidit in fœminis, & rusticis. Præterea decipi potuerant dum oculis spectarunt rescissionem corruptæ partis Mammillæ, quæ fieri nequibat sine magna sanguinis purisque effusione, ac arbitrari etiam papillam esse sublatam. Hæc, & similia suppositionis fines non excedunt. Non inficior. Plurimi tamen fieri debent, dum *Testes Agathenses* potissimam illam circumstantiam prætereunt, quam præ ceteris aperire debuissent.

11 Quod si contendas hasce meas suppositiones nullo habendas esse in pretio, ego potiori jure reponam ineptas esse illas tuas, quibus probare intendis Nucerinos Judices & Sub-Promotores, Agathensibus longe fuisse diligentiores; ideoque sanatam fœminam, ejusque virum potissimam illam circumstantiam præteriisse, quia non specifice interrogati fuerunt, quam certe non omisissent, si quemadmodum ceteri, & ipsi Nuceriæ testimonium dixissent, & a strenuis illis Sub-Promotoribus peculiare periculum subiissent (b). Quid est hoc, nisi ad Caussæ commodum id sibi fingere, quod ad eluendam exceptionem prodesse videtur? Do tamen de ea circumstantia specifice interrogatos non fuisse Testes Agathenses. Quid inde? Res erat de circumstantia præstantissima facti, cujus ut ceteris longe mirabilioris nec diuturni temporis lapsu, nec oblivione poterat memoria deleri. Quis enim credet adeo imbecilles, truncoque similes fuisse utrumque, ut si vere papilla fuisset abscissa, in cœmeterium projecta, ac extemplo reproducta, constitutivum hoc tam insignis, & a seculo inauditi prodigii, aut ex animo excusserint, aut tam parvi fecerint, ut nec commemorandum putaverint; præsertim quia op-

por-

(a) *Lib. 3. cap. 6. num. 2.*

(b) *Respons. pag. 10. num. 19.*

portunus erat referendi locus, ubi testati sunt pupulum, repentina facta rerum mutatione, pectori admotum, lac ad satietatem sugge-re potuisse? Credat Judæus Appella,

12 Nec alterum valet effugium, quo Defensores utuntur, ut ostendant merito præteriisse sanatam fœminam id, quod suis oculis videre nequiverat. In operationibus chirurgicis, quæ horrorem ingerunt, magnumque excitant dolorem dum exercentur, ea necessario adhibetur cautela, ne patiens videat quod in suis membris vel excidendo, vel obtruncando fit. Nam, etsi concederem *Magdalenam* alterius fœminæ ulnis firmiter adstrictam eum tenuisse situm, ut aversa facie amputationem nequaquam videre potuerit, de quo tamen Consultores jure dubitabant, quia eadem sanata de postrema hac agens operatione, aperte ait ac si vidisset = *prosegui il taglio incominciato arrivando al vivo della carne, e della spogna della Zinna* (*a*); non ideo tamen diluta esset exceptio. Enim vero quod in amputationis actu nec vidit, nec scivit mulier, verisimile admodum est ei manifestatum fuisse, re jam confecta, post mirandum sanationis eventum, dum nihil erat amplius timendum vel ex horrore, vel ex dolore. Quid enim credibile magis, quam, ut gratulationis, & jucunditatis occasione, & magnificandi Miraculi motivo mulieres loquacissimæ, maritus, & levir; qui tam enormem mammillæ partem cum papilla vidisse dicuntur abscissam, aperuerint sanatæ quantum mali prius extiterit, ut hæc relevaret quantum beneficii postea acceperit?

13 Magni ergo fieri debet silentium *Testium Agathensium*, ne aures præbeamus Nucerinis adfirmantibus quod illi tacent. Sed non prætereundus *Georgius de Nuntio* interrogatus ab iisdem illis strenuis Judicibus, & Sub-Promotoribus Fidei Nucerinis, quos Defensores peritia, diligentia, dexteritate Agathenses præstare volunt. Is autem adfirmat de auditu *a Medico Orlando* mammillam gangrena fuisse fœdatam, ad resecandas corruptas partes cultrum anatomicum pluries adhibitum, postrema vice abscissam *una buona porzione della Mammella*, ac præterea = *che erano rosi i dutti lattei per cui unitamente alla sanie ne usciva il latte* = : adfirmat tantum fuisse, tamque rapidum gangrenæ, progressum, ut nulla salutis spes esset reliqua; adfirmat tandem, Mammillam extemplo intercedente prodigio suæ restitutam integritati, *Lasciando solo un piccolo segno solito nelle piaghe*; papillam vero pridie abscissam postea restitutam ne memorat quidem. Dices hunc testem auritum esse. Id & ego fateor. Testis tamen est, qui rem omnem, prout evenerat, accepit *ab ipso Curæ Medico*, qui potissimam illam circumstantiam non reticnisset, si vera esset. Præsertim quia opportunus erat eam commemorandi locus, dum superstitis cicatricis meminit, ac reversionis lactis, unde *Magdalena* = *in sua presenza si diede a poppare il Bambino* (*b*).

14 Id magis patet ex iis, quæ prosequitur in responsione *ad Interrogatoria* 50. & 65. Rogatus namque *Medicus de Orlando a Georgeo de Nuntio*: num tempore, quod intercessit ab una ad alteram visitationem, sive ab extremo morbi ad extremum sanitatis, potuisset *per opera naturale, o per la forza de rimedj operati ne' giorni avanti trovarsi così perfettamente sana* = respondit = CHE PER QUANTO

(*a*) *Summar. pag.* 11. §. 56.

(*b*) *Summar. pag.* 8. *a* §. 36. *ad* §. 42.

TO COSTAVA AL SUO CIUDIZIO,*quella sanazione giammai poteva essere effetto della natura , o opera de rimedj* (*a*). At si Medicus vidisset reproductam papillam a se pridie cum portione mammillaris substantiæ ferro abscissam , hanc quidem circumstantiam pandidisset,& non *per quanto costava al suo giudizio*,sed certo , & indubitanter novam reproductionem , quam nisi a Deo fieri posse nemo ignorat , prodigio referendam esse respondisset. Siluit ergo *Medicus de Orlando* , ideo *Georgeus de Nuntio* hypothesim fingit naturalis sanationis, ad quam perficiendam *non sarebbe bastato lo spazio di più mesi* (*b*) . Verum non fuisset hypothesi locus , si *a Medico de Orlando* accepisset obtruncatam fuisse papillam , & inusitato prodigio extemplo reproductam , quod arte & natura nec immensa sæculorum serie perfici potest .

15 Alterum æque validum argumentum nobis ipsi præbent Postulatores . Ad hoc probandum prodigium *quatuor* dederunt *Articulos*, qui ordine sunt 372. 373. 374. 375. In his autem ne vola quidem, aut vestigium excissionis,& restitutionis majoris , vel saltem dimidiæ partis mammillæ cum papilla . Quid enim in iisdem probandum proponitur ? Lacteus abscessus in gangrænam conversus , & illico sanatus admota imagine V. S. D.,cujus imploratum fuit præsidium (*c*). Silentium igitur Postulatorum,quorum maxime intererat gravissimam illam circumstantiam in Articulis probandam exponere, plurimum derogat fidei Testium Nucerinorum eam adfirmantium . Quamquam ex hoc magis magisque colligimus:tantam non fuisse facti celebritatem,quanta esse debuisset , si temporis momento pridie abscissa papilla fuisset pectori restituta . Puto autem Postulatores diligentiam omnem adhibuisse , ut singula addiscerent ad firmandum, illustrandumque prodigium . Quod si nemo de abscissione , & reproductione papillæ eos instructos reddidit ; facile consequitur hanc prodigii rationem a falsa opinione Nucerinorum Testium esse petendam, qui primum eamdem in scœnam prodire fecerunt , dum depositiones suas tabulis consignarunt .

16 Non me latet exceptiones hujusmodi argumento negativo inniti , quo nihil in judiciis inanius esse Defensores contendunt . At oppido falluntur . Equidem dabo argumentum ex unius Testis, aut Scriptoris silentio petitum , quod negativum dicitur , non semper tanti pendendum esse,ut destruat , vel saltem infirmet Testimonium aliorum expresse adfirmantium , prout ex *P. Michaele a S. Josepho* a Causæ Patrono laudato : sed etiam scio contemnendum non esse , immo valere potissimum ad fidem adfirmantium prorsus dejiciendam, vel saltem dubiam suspectamque reddendam , si constet *factum ei, qui silet,certo innotescere debuisse ; si factum sit valde memorabile , & notatu dignum,ad filum historiæ pertinens , multumque fortasse ad aliorum,quæ in ea pertractantur confirmationem faciens ; si auctor habuit singularia motiva illud adducendi , si ex ejus relatione nullum incommodum in se redundaturum certo timere potuit* = ut totidem verbis tradit *Storckenaus* (*d*) .

17 Quæso nunc . Quidnam ex his est , quod nequeat mirifice aptari facto

de

(*a*) *Summar. pag. 9. §. 44.*
(*b*) *Ibid. §. 45.*
(*c*) *Proc. Apost. Nucerin. fol. 169. & seq.*
(*d*) *Institut. Logic. part. 3. cap. 4. §. 224. num. 5.*

de quo est quæstio ? Abscissio papillæ, ejusque cælitus consecuta reintegratio innotescere certe debebant *Sanatæ fœminæ*, *ejus Viro*, *ac Medico de Orlando*: circumstantia præterea erat valde memorabilis, notatu digna, ad filum historiæ pertinens, ac prodigium,cujus relationem texebant præfati Testes,nedum confirmabat , verum etiam multo reddebat illustrius: eam insuper recensendi aderat rationabilis causa, singulare motivum, tam ex capite grati animi erga Ven. Virum,cui acceptum beneficium referebatur, tum ex capite religionis ob juramentum,quo Testes nostri se obstrinxerant; ac tandem quia nullum iisdem ex relatione potissimæ circumstantiæ nec temporis lapsu,nec oblivione obliterandæ veniebat incommodum. Discordia igitur cum sit circa constitutivum Miraculi, substantialis est, ac propterea maximi habenda, quin argumentum negativum petitum ex silentio aliquorum Testium posthabendum sit, stetque integra fides adfirmantium.

18 Addam ulterius, *duplex* esse *Argumenti negativi genus*: aliud *pure*, & *simpliciter negativum*, aliud vero *mixtum*, utpote quod *aliquid positivi* adjunctum habet. Et si vero quod *mere negativum* est sæpenumero vim non habeat, longe tamen diversum fore judicium de altero,quod *aliquid habet positivi Mabillonius*, *Honoratus a S. Maria*, *Benedictus XIV*, aliique emunctæ naris Scriptores & Critici docent, quia *ex positivo quod cum isto argumentotionis genere connectitur*, *quid quid negotivum est volde roboratur* (*a*). In casu autem nostro plura concurrunt, quæ & positiva sunt, & ad roborandum quod negativum est maxime idonea.

19 Et re vera sanata Mulier nedum silentio, sed iis etiam, quæ in testimonio dicendo narravit,Nucerinis Testibus contradicit. Hi namque volunt majorem Mammillæ partem una cum papilla *medicum de Orlando* cultro excidisse (*b*). Verum illa ita factum refert, ut utrumque excludere videatur. *Quater* juxta ejus testimonium *Medicus* ad ipsam accessit. *Prima die* emolliens præscripsit emplastrum= *ordinò di farvisi dell' emollienti*, *come fù fatto con malva e sogna* (*c*): altera die lanceola tumorem aperuit *colla lancetta gli aprì un taglio*, cui terebynthi digestivum applicuit (*d*) venit *tertio* summo mane, ac forficibus carnem mortificatam resecavit, idemque iterum fecit circa meridiem = *ritornoto poi il giorno appresso*, *e propriamente la mattina a buon ora*, *ed avendo ritrovata la carne più annerita con forbice andò quella tagliando sino al vivo . . . . e lo stesso poi fece* (notentur verba), *e lo stesso poi fece*, *allorchè tornò a visitarmi circa l'ora del mezzo giorno* (*e*) rediit post vesperas, ut iterum quod mortuum erat absconderet, ac miseram servaret fœminam; verum *avendo trovata la piaga più esasperata*, *e la gongrena più inoltrata*, *stimò di non procedere ad altri tagli* (*f*)cohæret ejusdem vir (*g*), quamvis is ab exaggerationis vitio non sit immunis,

---

(*a*) *Mabillon de Studiis Monasticis part.* 2. *cap.* 3. *Honoratus a S. M. de regulis & usu Critices tom.* 1. *Dissertat.* 3. *Art.* 2. *Benedictus XIV. lib.* 3. *cap.* 10. *num.*3. *& sequen.*

(*b*) *Summar. pag.* 2. §. 2. *pag.* 4. §. 14. *pag.* 6. §. 24.

(*c*) *Summar. pag.* 12. §.65.

(*d*) *Ibid. pag.* 13. §. 66.

(*e*) *Ibid.* §.68.

(*f*) *Ibid.*

(*g*) *Ibid. pag.* 14. & 15. §§. 77. 78. 79.

dum ait = *restando così recisa quasi tutta la mammella* (*a*) ; constat itaque ex utriusque depositione forficem, non cultrum fuisse adhibitum. Uterque igitur assertam amputationem excludit, quæ non forfice fit, sed cultro anatomico, seu scalpello recurvo. Fac tamen id sit ambiguum, & forficis vocabula anatomicum instrumentum veniat; nemo tamen est qui nesciat mammæ amputationem vel *quasi tutta*, vel *più della metà* fieri non posse sine acri immanique dolore. Hinc velare faciem, soporiferam propinare potionem, brachium mammæ proximum, immo & totum corpus ita firmare ut æger pene sit immobilis apud omnes Chirurgos in more est veluti ex *Heystero & Swieteno* notat egregius caussæ defensor (*b*). Certum porro est nullam ex his cauthelis fuisse adhibitam, si vix altera ex adstantibus fœminis eam suis brachiis tenuit adstrictam.

20 Immo ex eadem depositione *duo* consequuntur. *Primum* : *Magdalenam* non avertisse oculos a mamma, dum Medicus forfice recidebat quod corruptum erat : nec mirum, siquidem nullus aderat doloris sensus = *era la parte senza sensazione . . . da esso esperimentata nella carne fongosa se aveva senso*, *affatto non ce ne ritrovò* (*c*) =. *Secundum* vero : amputatam non fuisse mammam, sed medicum per apertum lanceola foramen iteratis vicibus forficibus abstulisse quod mortuum erat, ne virus ulterius progrederetur, sanasque inficeret partes. Tumor namque = *aveva già fatto qualche seno* = *facendo il seno più profondo*. Hinc nedum Lanceola apertus fuit, verum etiam digestivo terebynthi emollitus. Nihil id profuit, nam Medicus postridie = *avendo trovata la piaga in quella parte fongosa*, scilicet ubi creverat tumor pridie apertus lanceola = *stimò*, *come fece*, *di tagliare con forbice tutta la carne mortificata* videlicet intus, salvis externis mammæ integumentis, quod clarius patet ex iis, quæ sequuntur = *proseguì il taglio incominciato arrivando al vivo della carne*, *e della spogna della Zinna* (*d*). Ergo Medicus in postrema hac operatione introducto per jam dilatatum foramen instrumento penetravit usque *al vivo della Carne*, *e della spogna della Zinna*. Ni omnia fallant ex hisce depositionibus prosequitur operationes chirurgicas ad interna fuisse directas, ac proinde superfuisse superiorem, exterioremque spongiæ partem vivam, in cujus medio papilla sita est. Collige omnia, quæ huc usque dicta sunt, & habebis quid positivi, quo argumentum negativum mirifice roboratur (*e*).

21 Non hic regeram quæ supra dicta sunt de Medici judicio, licet ex eo quoque validum peti possit positivum argumentum ad illud confirmandum, quod negativum est. Neque enim ipse adfirmando sanationem a natura, aut ab arte perfici nequivisse eo, quo perfecta est, mo-

(*a*) Huic tamen parcendum est, quia quoad hanc circumstantiam oculatus non est, sed id refert quod a loquacissimis fœminis accepit. Non enim adstitisse eum constat dum postremo circa meridiem Medicus forfice abstulit quod corruptum erat, veluti colligimus ex depositionibus Annæ Calzone & Donatæ Negri, quæ solæ cum Magdalena Mari adstiterunt *Summa. pag.*2. §.2. *pag.*4. §.14.

(*b*) *Respons. pag.*19. *n.*36.37.

(*c*) *Summ. pag.*8. §§.37. & 38.

(*d*) *Summar. pag.* 10., & 11. *a* §. 53. *ad* §.56. *pag.*12. & 13. *a* §§.66. *ad* §.68.

(*e*) Alterum etiam argumentum consequitur, quod magis magisque evincit longè a vero abberrasse Testes illos, qui volunt vel fere totam, vel ultra medietatem mammillam fuisse abscissam. Falsum certe id est, si, ut probavimus, *Medici de Orlando* curæ ad interna fuerunt directæ.

do, id coarctasset = *per quanto costava al suo giudizio* = si vidisset reproductam papillam, quæ ab ubere excisa pridie fuerat in cœmeterium projecta. Neque ad elevandam fidem *Testium Nucerinorum*, magisque confirmandam rationem silentii *Agathensium* in suspicionem adducam interessentiam duarum mulierum chirurgicis operationibus, de qua tamen nonnulli Consultores vehementer dubitabant (*a*); persequar potius argumentum, quod decretorium est, quodque nobis proebet superstes cicatrix.

22 Itaque nemo negabit argumentum illud positivum esse, quod a signo, sive cicatrice superstite desumitur. Ipsa sanata Mulier testis est = *si vidde poscia la matina quasi appianata la ferita* (*b*). Huic adstipulatur ejus Vir, qui ait = *trovammo la parte appianata, ma coverta d' una picciola crosta superficiale.... si vidde la parte appianata* (*c*). Alios prætereo Testes quorum nulla fides (*d*). Audiendus tamen est Chirurgus qui operam præstiterat Infirmæ in sua licet extrajudiciali relatione quam fecit roganti *Georgeo de Nuntio* (*e*). Is autem = *sfasciò la piaga, e trovò la mammella nello*

(*a*) Sic enim Consultores aliqui = Neque solum abscissionem mammillæ cum papilla contra Nucerinos Testes excludit Mulier sanata, sed & ansam dubitandi proebet, num revera *Donata Negri*, & *Anna Calzone* eidem adstiterint curationis tempore, prout ipsæ adfirmant. Quippe, si ipsis fides, ambæ accitæ, ambæ a *Magdalena Mari* ad infirmam adductæ, *nella mattina d'un giorno, che non mi ricordo fui chiamata dalla suddetta Maddalena Marj a visitare in sua compagnia, e di Anna Calzone, e condotteci nella di lei casa vi ritrovammo il Medico &c.* Ita Donata Negri (*Summ. pag.4. §.23.*) cui adhæret *Anna Calzone* (Ibid. *pag.2. in princ.*). Quid verò Sanata Mulier? Quid hujus Vir? Illa postquam dixerat Medicum de serò nil ultra tentare voluisse, quia nimis progressa gangrena, nullam amplius curationem admittebat, prosequitur = *essendosi ciò saputo del mio stato disperato di salute dalla Sig. Donna Maddalena Marj per essere la mia Casa attaccata a quella di detta Signora, ed io confidente della medesima, si portò da me verso l'ore ventiquattro* (*Donata*, & *Anna* prædictæ horam vigesimam secundam designant) *di quello stesso giorno recandomi una figura divota &c.* (Summ. pag,11. §.56. pag.13. §.63.). Alter vero operationes Chirurgicas recensendo, præfatas Mulieres ne memorat quidem, & *Magdalenam Mari* primum venisse adfirmat desperatis iam rebus = *essendosi propalato per il Paese lo stato infelice di detta mia Moglie fino ad essere stata disperata la sua guarigione dal ridetto Professore, la suddetta Maddalena Mari in Casa di chi detta mia Moglie praticava continuamente per varj servizj occorrenti, mossa a compassione di quella si portò dalla sua Casa attaccata alla mia a vedere, e consolare la medema mia Moglie portando seco una figura coll'immagine &c.* (Summar. pag. 15. §.82.). Porro quid est hoc? *Magdalena Mari* per Testes Nucerinos una cum ipsis ad Infirmam accessit, & adstitit, dum Medicus demortuam Mammillæ partem resecavit: Sanata verò fœmina, ejusque vir de hoc nihil dicunt, asseruntque solummodo *Magdalenam Mari* desperatæ salutis infelicem statum rescivisse, quia rumor invaluit per Oppidum, quia domus illius suæ propinqua erat, quia ejusdem familiaritate utebatur. Nonnè ex his dubius rédditur primus *Magdalenæ Mari* ad infirmam accessus? Nonne & accessus *Donatæ Negri*, & *Annæ Calzone*, quæ cum ea venisse ajunt? Ita Consultores, nec posthabenda exceptio quoad factum, quod tot contradictionibus implicatur.

(*b*) *Summar. pag.10. §.49.*

(*c*) *Ibid. pag.15. in fin. & 16. in princip.*

(*d*) Hi enim reticito cicatricis, vestigii, signi vocabulo, dant mammillam prorsus æqualem alteri *non patita*, e *perfettamente sana* Summar. *pag.2. §.5. pag.3. §.9. pag. 4. §.18. pag.5. §.20. pag.6. §. 28. pag.7. §. 31.* Sed falsi necessario argui debent, dum quodlibet signum, aut vestigium excludunt *non c'osservai nessuna vestigia di male* = *senza ad vedervi io, nè il detto Medico lesione alcuna* = *non ci osservai veruna segno di male*.

(*e*) Quamvis Judicialis sit Testificatio *Georgii de Nuntio* quidquid tamen *Medicus de Orlando* ab eo cogatus narravit, extrajudicialibus est amandandum. Quapropter adminiculi tantum vim obtinere potest, nec prodest ad veritatem asserti prodigii comprobandam; plurimum tamen valet ad excipiendum cum in tanta sanctitate, & severitate Judicii omnis plane removenda sit suspicio, nec nisi quæ certa fide constant numerisque omnibus probata sunt, admittere debeamus.

lo stato naturale . . . solo vi cadde di sopra un cuojo nero, o sia eschera . . . lasciando solo un piccolo segno solito nelle piaghe come è cicatrice . . . La cicatrice suddetta era piccolissima a proporzione della piaga (a). Quid autem significant dictiones illæ = *quasi appianata la ferita* = *la parte appianata* = *un piccolo segno solito nelle piaghe* = nisi cicatricem seu signum in loco, in quo malum fuit? At ego rogo: si præter vulnus primo inflictum, deinde iteratis vicibus, repetitis incisionibus dilatatum ad effectum *di tagliare con forbice la carne mortificata*, magna insuper pars exterior mammillæ cum ejus spongia, & papilla in medio protuberante avulsa fuisset, utrum Chirurgus ipse in sua relatione ea tantum simplicique phrasi usus esset *lasciando solo un piccolo segno solito nelle piaghe*: an non potius amplissimo encomio commendare, atque extollere sibi religionis duxisset tam singulare inauditumque portentum, de quo sibi præ oculis constare debuisset? Quod magis confirmatur quia superstes *piccolo segno solito nelle piaghe* respondet vulneri primum lanceola inflicto: quandoquidem *la piaga* non eam extensionem habuerat, ut necesse foret externam mammæ partem una cum papilla excidere, sed *sempre più profondava . . . erasi fatta così PROFONDA &c.* ut idem Medicus ait (b), cui consentit sanata Mulier = *ci riconobbe aver fatto la piaga qualche seno PROFONDO . . . evitare, che più si* PROFONDASSE . . . *e così facendo seno* PIU' PROFONDO &c. (c). Hic autem dicendi modus non aliud significat, nisi quod virus salvis externis integumentis intus serpens progrediebatur, & penetrabat ad imum. Nonne autem gravissima hæc circumstantia alterum dat positivum argumentum, quo & negativum roboretur, & Nucerini Testes falsi arguantur?

23 Quod vero culmen imponit est quæ adhuc supererat Cicatrix, dum inquisitio fuit instituta. Quid enim conspexere Periti ad Mammillæ statum explorandum acciti? Nonnisi *alla distanza di più d' un pollice del Capezzuolo, e propriamente dalla parte laterale esterna e superiore una cicatrice appianata* (d). Ergo cicatrix apte locum distinguit ubi malum fuit, ajente sanata *mi trovai gravata dal dolore nella zinna sinistra, e propriamente alla parte sinistra di quella* (e). Nam parti sinistræ mammæ apte respondet pars lateralis externa (f). Enimvero si tantum prodigium admittendum foret, ut in titulo inscribitur, nonne veluti in minoris sanatione vulneris, ita & in specie nostra longe majori proportione signa atque vestigia apparere debuissent? Si revera major, vel dimidia saltem mammillæ pars cum exter-

(a) *Summar. pag.* 8. §. 41.
(b) *Summar. pag.* 8. §. 38.
(c) *Summar. pag.* 12. & 13. *a* §. 65. *ad* 67.
(d) *Summar. pag.* 17. §. 89.
(e) *Ibid. pag.* 12. §. 64.
(f) Ne prætermittas dictionem illam *appianata* qua utitur Peritus, quaque usi sunt Testes aliqui in cicatrice designanda. Quid enim vocabulum *appianata* significat, nisi continui restitutionem, in quo malum fuit, non integre tamen restituta substantia? Secus enim Cicatrix non fuisset *appianata*, sed *convexa* ut exigit Mammillæ forma: Aliqua igitur aderat licet levis deformitas, quamobrem magis magisque patet Mulierculas Nucerinas exaggerasse dum dicunt nulla facta Cicatricis mentione = *restò la Zinna bianca, intiera, ed al pari dell' altra non patita* (Summ. pag. 2. §. 5.) *La Zinna ridotta allo medesimo stato dell' altra Mammella, la carne cresciuta intieramente* (Summar. pag. 4. §. 18.) vide igitur quæ fides adjungenda sit Testibus qui partim reticendo, partim exagerando nobis imponere voluisse videntur.

externis integumentis, in quorum medio papilla sita est, ferro obtruncata fuisset: si extemplo succrevisset caro cum integumentis atque papilla, ea etiam superfuisset orbicularis figuræ cicatrix, quæ partem prius ferro abscissam postea miraculo restitutam distingueret.

24 Inane porro est effugium, quo utuntur Defensores ad eludendam difficultatis vim. Contendunt superstitem cicatricem eo apparuisse in loco, in quo tumor se manifestaverat, fueratque a *Medico de Orlando* lanceola incisus: in majori vero ingentique vulnere ex amputatione *di quasi tutta la Zinna di più della metà della mammella*, in quo novum inauditumque portentum consistit, una cum ejus mirabili sanatione, & reproductione, omnia penitus a Deo ablata simul fuisse signa, & vestigia: nec nostrum esse definire modum, quo Deus miracula patrari velit.

25 Ita ne vero? Nemo certe est tam iniquus, & religionis contemptor, qui hunc sibi det definire modum. Deus quidquid vult operatur,& eo quo vult modo. Potest sanare vulnera nulla cicatrice relicta, nullo signo superstite; potest & istud relinquere, quod certum proebeat inlati vitii testimonium. Et hoc nihil certius. Quis tamen persuadere sibi poterit Deum dum operatur Miraculnm restitutionis membri obtruncati in testimonium Sanctitatis ab Ecclesia, quæ non aliis quam humanis mediis in judicando uti potest, definiendæ, illud relinquere velle signum, quod Miraculum ipsum destruit potius, quam comprobet? Plurimum quidem intererat ut relicta fuissent passæ amputationis vestigia cum ad fidem tam singularis beneficii faciendam, tum ad omnem de eo suspicionem amovendam. Longe minor subesset difficultas si nulla prorsus cicatrix apparuisset, licet raro accidat, dum quæstio est de sanationibus a vulneribus, plagis, ulceribus, fistulis &c. ut nulla supersit cicatrix, quæ proinde, si cetera concurrant, Miraculo non obstat.

26 *In Corpore Christi post resurrectionem* (ut exemplum persequar quo Defensores abutuntur) *non alia signa seu cicatrices, nisi in clavorum locis apparuere*; licet ei applicetur quod *in Isaia* legimus *a plancta pedis usque ad verticem Capitis non est in eo sanitas* (a). Nam sola præsentia evidens erat testimonium cum divinitatis, tum resurrectionis, quin opus esset ut in glorioso Corpore Christi superessent signa atque vestigia vulnerum, & plagarum. Quod si apparuere signa clavorum & cuspidis lanceæ in manibus, pedibus, & latere, id voluit benignissimus Dominus, ut sensibilibus signis dubios, & incredulos convinceret, ac in fide firmaret, veluti adcidit de Apostolo Thoma, qui credidit dum vidit, & audivit a Christo = *infer digitum tuum huc & vide manus meas &c.* = (b), & duobus discipulis euntibus in Emmaus, quorum aperti sunt oculi *in fractione panis* (c). Præterea ea, quæ superesse voluit suæ passionis vestigia erant signa essentialia Crucifixionis. Quid hoc ad speciem nostram?

28 Hac tamen omissa quæstione, quæ ad rem non adtinet, jure contendo cicatricem superstitem designasse locum, ubi vitium fuerat. Abeant Testes, qui exaggerando potius quam veritati litando,volunt ab-

(a) *Respons. pag.* 31. §. 70.
(b) *Joann.* 20.
(c) *Luca* 24.

abscissam = *quasi tutta la Zinna* = *più della metà della Mammella* = : ex iis quæ supra sunt disputata, patet non detruncatam fuisse mammam cum externis integumentis; bene vero forfice in apertum lanceola foramen maligno viru, & serpente gangrena forte dilatatum immissa excisum fuisse iteratis vicibus quidquid intus erat corruptum, ac mortificatum: quamobrem non alia superesse debebat sanatione sequuta cicatrix præter illam, quæ inflictum lanceola vulnus designaret: licet *piccolissima a proporzione della piaga* (a). Immo, si bene sentio, hujusmodi dictio in mirabilis eventus relatione a Medico adhibita plane evincit nec papillam fuisse excissam nec mammæ substantiam magna ex parte obtruncatam. Quid enim? Si verum est quod detecto ubere, solo *vi cadde di sopra un cuojo negro o sia eschera lasciando solo un piccolo segno SOLITO nelle pioghe*: hic erat memorandi locus restitutam papillam cum externa mammillæ substantia pridie abscissam. Quod si non apparuit nisi *un piccolo segno SOLITO nelle pioghe*, quamvis *piccolissimo a proporzione della piaga*, plane ad veritatem consequitur *Medicum de Orlando* nihil animadvertisse in superstite cicatrice extra ordinem naturalem, nisi quod esset *piccolissima a proporzione della piaga*, quæ proinde respondebat vulneri lanceola inflicto, & iteratis operationibus dilatato. Quod si revera excissa fuisset *più della metà della Zinna* = *quasi tutta la mammella* = & nihilominus apparuisset postmodum cicatrix non orbicularis, sed lateralis tantummodo *alla distanza di più d' un pollice dal Capezzuolo*, haud ei convenisset dictio illa *SEGNO SOLITO nelle piaghe*. Quippe hac in specie nedum deperditæ substantiæ reintegratio, verum etiam superstes cicatrix præter naturæ ordinem fuisset.

28 Quoniam igitur superstes cicatrix in maximo Testium conflictu designat incisionis, & vitii locum, ac mirifice favet Testibus *Agathensibus*, qui silentio præmunt potissimam circumstantiam *a Nucerinis* nescio num fictam, an exaggeratam (*usu quippe aliquando evenit, ut augeantur mala, quo mirabiliora restitutæ valetudinis beneficia reputentur*, *ut ait Benedictus XIV. lib. 4. part. 1. cap. 16. num. 24.* eodem fere modo, quo medii ævi pii quidam ceteroqui Scriptores obsequium se Deo præstare, ac religionis incremento inservire arbitrabantur Acta Martyrum, & Sanctorum fasta vel componentes, vel adulterantes) quis non videt quale pondus accedat Negativo Argumento, quod in nostra facti specie non contemnendum, ut Defensores volunt, sed magni faciendum Consultores existimabant?

29 Hisce positis, immorandum non esset in aliis contradictionibus, quæ circa Sanationis extremum versantur, enumerandis. Si deest, vel saltem dubium est id, in quo constituitur prodigium; quid juvat de ceteris disputare? Dicam nihilominus adhuc sua mole stare quæ in præteritis Animadversionibus excepi de Medici, ac duarum Mulierum absentia dum primum mamma detecta fuit. Clara sunt sanatæ Mulieris verba = *il Medico . . . . . al sentir da vicini una tal novità . . . . più non curò visitarmi* =. & certum est neminem præter virum adfuisse, dum summo mane remoto apparatu & fasciis in sanata mammilla prodigium apparuit (b). Quis ergo credet Mu-

(a) *Summar. pag.* 8. §. 41.

(b) *Vid. præterit. Animadv. pag.* 3. & 4. *num.* 8. & 9.

mulieribus adfirmantibus Mammam *ipsis, & Medico de Orlando adstantibus* spleniis amotis, primum fuisse inventam suæ integritati restitutam *essendone cascata una scoria negra = vedendosi. da noi, e dal Medico presente cadere da sopra la parte affetta una scoria negra come un cuojo* (a) præsertim quia agitur de Testibus, qui innumeris aliis contradictionibus implicantur (b).

30 Missa tamen, si lubet, hæc faciam. Nam etiamsi componi possent, haud tamen conciliatio ad causam prodesset, dum potissima difficultas stat in facti probatione, quæ, ut vidimus, vel omnino deficit, vel suspecta, & dubia est. In nostris autem judiciis, præsertim vero dum de Miraculis quæstio instituitur, non aliæ admittuntur probationes nisi quæ claræ sint, perspicuæ, & numeris omnibus absolutæ, dum deest, vel nutat, vel in suspicionem venit probatio subjecti, evanescit Miraculum. Haud constat mammillæ substantiam cum externis integumentis & papilla ferro fuisse excissam, immo omnia collineant ad excissionem, prout fert titulus, excludendam: ergo nec dici potest mirabiliter restitutum quod non probatur ablatum: ergo titulus delendus est, & deserenda provincia, quam modis omnibus tueri egregii Defensores conati sunt.

31 Quod si, ne vadimonium omnino deserere videantur, alio se convertant, proponantque sanationem ab ulcere sinistræ Mammillæ, sive a Gangrena illam intus depascente; onus ipsis incumbit probandi lacteum abscessum mira rapiditate infra triduum nedum in gangrenam abiisse

(a) *Summ. pag. 2. §. 5. pag. 4. §. 18.*

(b) Hac super re ita Consultores. Anna Calzone *Summar. pag. 2. §. 5.* ait *osserval, che allo scovrirsi essendone cascata una scoria negra &c.* Idem asserit DonataNegri *Summar. pag. 4. §. 18.* = *viddimo tutte con stupore la Zinna . . . . . vedendosi da noi e dal Medico presente cadere dalla parte affetta una scoria negra come un cuojo* = Idem sanatæ Levir *Summar. pag. 6. §. 17.* Viden quot Testes contestes crustam videntes & describentes? At contra legimus *Summar. pag. 15. §. 83.* = *Al primo far del giorno . . . . volli io colla stessa mia moglie quella vedere, ... e trovammo la parte appianata, ma coverta da una picciola crosta superficiale, quale da me tolta, e buttata a terra &c.* consonat Sanata *Summar. pag. 13. §. 71. 72. La mattina poi alla prima ora del giorno, mio marito volle sfasciare la plaga . . . . solamente s'osservava nella parte superiore una crosta nera, la quale essendosi tolta da mio marito &c.* si componere vis discordantes Testes, dices bis detectam fuisse mammam; primum summo mane solis inspicientibus sanata fœmina, ejusque viro, deinde advenientibus *Medico, Magdalena Mari cum duabus famulis Negri, & Calzone*. At ego, quæro, si tam isti, quam illi in diversis periculis crustam viderunt, & abjecerunt, de duplici, an de unica crusta eorum dicta sunt intelligenda? Nemo dicet duas; hoc nec bene sustineri posset, nec Caussæ favere: Unica ergo fuit. At si hæc primo mane fuit a Marito ablata & ad terram dejecta, quanam magica operatione eam rursus procedente die mammillæ adhærentem videre potuerunt tot Testes, eam abstrahere, eam describere? Miror diverso temporis in puncto crustam eamdem conspexisse veluti renascentem, semper ablatam, semper auferendam. Enimvero ad causæ commodum dicunt Defensores = *Sanatam, ejusque virum detectam jam mammam iterum texisse, omniaque composuisse, ne advenienti Magdalenæ Mari, ejus vota atque jussa despexisse viderentur, quam quidem actus duplicationem ad conciliaunda Testium dicta leges imperant.* (Respons. *pag.* 28. *num.* 35.). Præter quam quod hæc theorica locum forte vindicare potest in causa necessario definienda, non autem in ea, quæ voluntaria est; & in nostris judiciis obtinent quæ certa sunt, non quæ verisimilitudinem habent: nemo erit qui credat sanatam ejusque Virum abjectam jam crustam mammæ superimponere voluisse, ut detegi primum videretur uber, cum *Magdalena Mari* adventasset. Hanc tamen Defensionis rationem vel ipse Patronus statim abiiecit, contenditque *Magdalenam Mari, Medicum, binasque Mulieres* mammam inspexisse dum primum detecta est (ibid. *num.* 56.) Sed nemo est qui non agnoscat quam ineptum sit ratiocinium, quo ad concilianda pugnantia dicta ipsi utuntur.

se, sed in gangrenam adeo malignam, quæ insanabilis prorsus, vel difficillimæ saltem curationis esset dum rerum mutatio facta fuit. Evincere præterea debent post ultimam chirurgicam operationem ad matutinas horas sequentis diei haud potuisse consolidari vulnus, & mammillam suæ integritati restitui. Verum non levis consurget difficultas ex defectu juridici examinis Medici, qui *Magdalenæ* curationem fecerat, quin prosit Testimonium *Georgii de Nuntio*, qui non aliud Nucerinis tabulis consignavit, nisi id, quod ab illo acceperat: nam, ut alias dictum est, auriti Testes adminiculi quidem, non autem probationis vim obtinere possunt. Audiendus insuper est Peritus, qui jussu S. C. sub juramenti religione suam pro veritate sententiam exponat. Qui sane Peritus necessarius non esset, si plene constaret de rescissione, & instantanea reproductione papillæ: Siquidem prodigium ab hujusmodi subjecto petendum dependet omnino a probatione facti, non a judicio Medici, quum nemo sit qui nesciat abscissam papillam a solo Deo posse restitui: at necessarium omnino est, si aliud proponatur subjectum vel ex ulcere, vel ex gangrena, quia hoc in casu de natura, indole, & gravitate morbi est judicandum.

MIRACULUM II.

Instantaneæ perfectæque sanationis PATRIS FRANCISCI AB OCTAJANO *Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci a phtysi pulmonali confirmatoque marasmo, viribus illico restitutis.*

32 Si exaggeratione plurima usi sunt Testes Nucerinæ Inquisitionis in cœlebranda sanatione *Magdalenæ de Nuntio*, de qua multa diximus, ab eodem certe vitio immunes non esse qui rogati fuerunt super altera sanatione, quam consequutus fertur *P. Franciscus ab Octajano* Consultores existimabant. Per quadrimestre fere spatium *a die scilicet 9. Maii*, quo prima contigit vomicarum eruptio *ad diem 30. Augusti*, quo rerum mutatio facta est, tantam sanguinis purisque copiam Religiosum virum expuisse ipsi adfirmant, ut singulis diebus quatuor librarum pondus æquaret. Dicam ego in majori etiam quantitate, dum novæ rumpebantur vomicæ, quod stato octo, vel decem dierum periodo eveniebat; nam quatuor librarum pondus mensura erat in singulis diebus consueta. Id iidem Testes apte distinguunt, unde consequitur materiam purulentam simul, & sanguineam *quatuor centum quadraginta librarum* pondus longe superasse. Quid est hoc nisi maxima exaggeratio? (a)

Ete-

(a) Clara sunt Testium dicta, ponuntque discrimen inter ejectiones consuetas quotidianas, & alias magis copiosas, quæ contingebant dum novæ rumpebantur vomicæ. Audiatur Religiosus Sanatus Vir *Summar. p.* 18. §. 3. §. 7. *L' apertura di dette Vomiche ordinariamente succedeva ogni sei in sette giorni, ed al più raro tra otto o dieci, ed* ALLORA ERA PIU' COPIOSO *lo spurgo del sangue, e delle marcie dall' altri giorni .... in vero in ogni giorno metodicamente io cacciava per la bocca tanta marcia e sangue, che giungeva al peso di libre 4. incirca, il che era segno evidente della gran quantità della materia ac-*

col-

33 Etenim Consultores adduci nequibant ut crederent potuisse hominem ad quatuor fere menses vitam protrahere tantam puris, & sanguinis copiam e pectoris cavo quotidie ejiciendo. Nam si homo non vivit viginti quinque librarum sanguinis per nares jacturam passus (*a*). Quid dicendum de sanguine prodeunte e pulmone in longe majori quantitate? Qui igitur fieri poterat, ut *Pater de Octajano* tamdiu viveret? Certum est enim sanguinem in humano corpore esse pondo librarum viginti quinque, & in aliquibus tantum ultra triginta (*b*). Dices tamen infirmum nostrum non purum sanguinem evomuisse, sed purulentis materiis admixtum: praeterea ejectiones non per continuam horarum seriem, sed dietim per intervalla contigisse. Non intercedo. Difficultas tamen non cessat, tum quia ex testium dictis colligimus sanguineas praecessisse purulentas excretiones; tum quia quotidianae ejectiones semper fuerunt cruori admixtae = *espettorazione anticipata di sangue vivo* = *io ogni giorno metodicamente cacciava dalla bocca tanta marcia e sangue &c.* = *Lo spurgo del sangue, e della marcia* = *La materia sanguinosa, e puzzolente* = *espettorazione al peso di quattro libre ogni giorno d'una vera marcia sanguigna* = *cacciava fuori per la bocca ogni giorno libre quattro di marcia e sangue* = *espettorò quantità di marcia e sangue* = *l'espettorazione al peso di quattro libre circa ogni giorno d'una vera marcia sanguigna* =. Quamobrem Consultores concludebant brevi spatio plus sanguinis fuisse deperditum, quam qui ad vitam tuendam est necessarius. Licet vero non uno tempore immodica copia ejectiones contigerint, si quotidie quatuor saltem librae cruoris & puris ejiciebantur, haberi perinde possunt, ac si continuae fuis-

colta nel mio polmone, e che asciva per le rottare delle vomiche poichè non potendo la natura sgravarsi tutta nna volta, le mandava fuori giarno, per giorna =. Audiatur Medicus *Vincentius de Aquila* (*Summar. pag. 25. & sequen.*) *Quest' apertura, o sia mutazione di Vomiche succedeva ordinariamente ogni atto, o dieci giorni*, IN CUI TEMPO, LO SPURGO DEL SANGUE, E DELLA MARCIA ERA PIU' COPIOSO DEGLI ALTRI GIORNI: *tuttavia però la materia sanguinosa, e puzzolente, che usciva dall' apertura di dette vomiche, era in si grau qaantità, che allagando tatta la sostanza pulmonale, ed in esso polmone annidando, diveniva egli came un vero sacco di marcia... perchè osservammo, che il detto Infermo P. Francesco cacciava fuori per la bocca ogni giorno lib. qaattro di marcia, e di sangae &c.* & agens de morbi progressu (*Summar. pag. 27. §. 75.*) *Ia viddi ed osservai aggravarsi vieppiù di giarno in giorno il sao male, segaitavano li sintomi mortali, che lo accompagnavano, cioè l' espettorazione della marcia sanguigna, che spargava ogni giorao al solita peso di circa lib. quattro* =. Audiatur alter Medicus Carolus Rainone = *Espettorò quantità di marcia, e sangue patrefatto. Che detto sangae e marcia nasceva da detta rottura di Vomiche argomento vi è l' espettorazione anticipata di sangue vivo.... quale apertura, o sia rottara di dette vomiche succedeva allo spesso, portando sempre l' espettorazione di sopra accennata, la quale* ERA SEMPRE AUMENTATA IN TEMPO DI DETTE APERTURE, *e per la continnazione di dette rottnre non tutto potendosi espettorare, piombando bnona parte nella parte interna de polmoni, ivi unita a quella che asciva dalla piaga aperta formavano l' espettorazione al peso di quattro libre circa ogni giorno d' nna vera marcia sanguigua* = Ita (*Summar. pag. 31. §. 104. & seqaea,*). Sed etiamsi quis dare velit ita esse intelligendas praefatas Testium depositiones, ut simul collectae ejectiones periodicae ex nova vomicarum ruptura, & quotidianae se continuerint infra mensuram quatuor librarum, attento tamen diuturno fere quadrimestri aegritudinis spatio, pondus circiter quatuorcentum quadraginta librarum conficerent.

(*a*) *Avicen. lib. 3. tract. 1. cap. 9.*

(*b*) *Croanen. de stat. homiais pag. 130. apud Benedict. XIV. lib. 4. par. 1. cap. 16. n. 6.*

fuissent. Hinc immota stat difficultas, nisi credere quis velit sanguinem de die in diem reproductum fuisse eadem in quantitate, quæ satis esset ad reparandam jacturam. Quis hoc sibi fingere poterit? Porro hæc exceptio tanti fieri debet, ut alio modo nequeat declinari, nisi Testes ad augendum prodigii splendorem rem exaggerasse dicamus.

34 Ita etiam exaggerasse videntur, dum ajunt = *li Professori mi dicevano, che essa* (materies purulenta, & sanguinea) *ALLAGAVA LA SOSTANZA DEL MIO POLMONE onde addiveniva come un sacco di marcia* (a): *era in si gran quantità, che ALLAGANDO LA SOSTANZA POLMONALE, ed in esso polmone annidando addiveniva egli come un vero sacco di marcia* (b) = *per la continuazione di dette rotture non potendosi espettorare, piombando buona parte nella parte interna de' polmoni ivi unita a quella, che usciva dalla piaga aperta &c.* (c). Nam si tanta erat sanguinis, & puris copia, quæ ex ruptis vomicis egrediebatur = *poichè non potendo la natura sgravarsi tutta una volta, la mandava fuori giorno per giorno* = si ab una ad alteram vomicarum ruptionem octo, vel decem dies intercedebant, & interea infirmus ejiciebat quotidie ex ore sanguinem, & pus pondo librarum quatuor, impossibile videtur vitam vivere potuisse æger, qui potius ab inundante purulenta sanguinea materia suffocari debuisset. Quod si in his est exaggeratio plurima, quis non existimabit eodem vitio infectas esse integras depositiones?

35 Fac tamen exceptiones hujusmodi, quæ ceteroqui fieri plurimi debent, aut attendendas non esse, aut a Defensoribus, & a Perito jussu S. Congregationis deputando, qui suam pro veritate sententiam aperiat, dilui posse, non id caussæ prodesset. Nam quærendum superest, num Testes contestes revera sint quoad circumstantias, indolem, progressum, incrementa, gravitatem morbi respicientes; ita ut plena illa, ac prope evidens habeatur probatio, quæ hisce in judiciis est necessaria. Ne sit qui existimet me eos velle Testes, qui simul concurrant in singulis describendis, quorum habenda ratio est: satis esse cum Defensoribus dicam, si quoad singula, quæ substantialia sunt, concurrant duo Testes oculati. De hoc tamen vehementer dubitabant Consultores; quum ut plurimum non alia tabulis consignata sint, (si excipias testificationes sanati Viri, & Medici de Aquila, de quibus postea), præter immissa per aures, non autem oculis subjecta fidelibus.

36 Quod enim adtinet *ad Medicum Rainone*, quidquid defensores dicant, ut eum oculatum quoad integrum ægritudinis statum, singulasque circumstantias demonstrent, (d) certum est tamen ipsum raro admodum ad ægrotantem venisse. Ei siquidem de facto proprio testanti potius quam aliorum dictis credendum est. Licet is dicat *visitandolo io di tempo in tempo* (e), reipsa tamen hujusmodi visitationes ad sane paucas reducuntur, & vix constat unam, alteramque ex substantialibus circumstantiis ei innotuisse de visu;

 ad

(a) *Summ. pag.* 18. §. 6.
(b) *Ibid. pag.* 25. §. 57.
(c) *Ibid. pag.* 31. §. 105.
(d) *Respons. pag.* 67. *& seq. num.* 145. *& seq.*
(e) *Summ. pag.* 32. §. 108.

ac certum præterea est ipsum esse de auditu quoad ea phenomena, quæ postremis accessere diebus, & quoad sudores, quos ut proxime mortis inditium habendos esse *tam ipse*, *quam alter Medicus de Aquila* testantur. Ut enim ajebant Consultores; si actis standum est, ex his vix sequitur *ter a die nona Maij*, *ad finem Augusti Rainonum* visitatum ivisse ægrotantem. *Primum die nona maii*, quo ex ejusdem ore rescivit evomuisse = *gran quantità di sangue marcioso, e putrefatto . . . una materia linfatica, e guasta* (a); altera vice cum *Pater Franciscus* morbum non cedere videns, secum statuit Neapolitanum iter arripere eodem *Rainonio* suadente; atque iterum postquam æger reversus in Patriam jam se in Amitæ ædes contulerat (b). Audivit tunc Neapolitanorum Medicorum judicium de periculo, quod imminebat = *si per una soffocazione, che arrecar gli poteva l'apertura delle vomiche, come altresì perchè fatta la piaga, e non cicatrizzata poteva portargli una confermata tisi* = Addit profecto = *come infatti dopo alcuni mesi così avvenne* (c) =. Nemo tamen putet eum loqui de visu, propriaque experientia: nam agens de postremo statu, in quo supremus phthiseos gradus ponendus esset, se auritum fatetur = *avendo ben' anche inteso dal P. Francesco* (scilicet post sanationem), *che negli ultimi giorni del suo male, tempo in cui non fui presente &c.* (d).

37 Patet ergo omnia, quæ a *Rainone* de ultima morbi periodo dicuntur, ex alterius relatione ad ipsum pervenisse. Non enim in actis apparet quando ut Testis oculatus loquatur, & aliunde pluries fatetur se auritum esse. Et quidem de postremo statu sancte repetit = *si stimò dal Medico ordinario D. Vincenzo d'Aquila, che lo visitava, ed indi lo raccontò a me, prossima la sua morte* (e). Quod ergo dicat = *si vidde* = *si osservò* = non significat se vidisse, sed alium vidisse, & ab alio se accepisse. Et reipsa, quod raro admodum ad invisendum ægrum ipse accedere consueverit, colligi etiam clarius potest ex iis, quæ subdit de sanatione. Audit *a Medico de Aquila* ceteris miseriis accessisse colliquativos sudores, quamobrem = *mi confermai vieppiù nel conclamato, e prossimo stato di sua vita* =, nec tamen ad ipsum visitandum accedit. Fac tamen non accessisse, quia illo in statu inutilis erat ejus opera; attamen = *dopo pochi giorni, non intesa già la morte di detto Padre Francesco, feci domanda all' ordinario Medico di esso come si ritrovava*, audit *essere migliorato*, non sanatum sed *essere migliorato per divino miracolo*: ergo juxta hanc sibi factam relationem adhuc Medici opera indigebat; nam a Medico relinquitur qui sanus est, non autem qui a gravi, læthali morbo aliquod experitur levamen: nec tamen *Rainonus* ad eum venit, ut saltem addisceret quale esset hujusmodi levamen, & eum vidit tantummodo quindecim jam transactis diebus, quia fortuito offendit deambulantem in via (f). Jure ergo dixi in præteritis Animadversionibus *Rainonem*, *cum non esset ordinarius Curæ Medicus, raro admodum se præstasse ægrotanti*, *& forte impedito altero*

(a) *Summ. pag.* 18. §. 4.
(b) *Summ. pag.* 33. §. 115.
(c) *Loc. cit.*
(d) *Ibid. pag.* 33. §. 117.
(e) *Ibid. pag.* 33. §. 119.
(f) *Summ. pag.* 32. §. 109.

tero Medico Vincentio de Aquila, *hujus egisse vices* (*a*). Consequenter dum *Vincentius de Aquila* dicit = *dal che giudicai io, ed il mio socio Rainone = si argomentava questa da me, e dall' altro medico D. Carlo Rainone, perchè osservammo &c. = procurai io di concerto col detto medico Rainone &c. = giudicai io, ed il detto Comprofessore &c. = quando viddi, ed il mio socio &c.* (*b*). Hæc tamen, & alia hujusmodi facile intelligi possunt de collocutione, & consultatione instituta cum altero Professore.

38 De Testibus infirmi Consodalibus quid dicam? Satis ostensum est in præteritis Animadversionibus eosdem raro admodum *P. Franciscum* visitatum ivisse, & brevem post moram consuevisse discedere, ne morbum contrahendi se periculo exponerent (*c*) quod ut ulterius demonstrem, universum morbi stadium quadrifariam partiri juvat. *Prima* sit epocha a mense Novembri anni 1786., quo *P. Franciscus* febribus, & rehumaticis doloribus affectus fuit, usque ad *diem 9. Maii Anni proxime sequentis*; quo se primum manifestarunt sanguineæ, & purulentæ excretiones ex apertis pulmonum vomicis. *Secunda* ab hac die usque dum Neapolim ivit celebriores ibi Medicos consulturus. *Tertia* commorationem Neapolitanam comprehendit. *Quarta* demum reliquum ægritudinis statum *a die 27. Maii*, quo Neapoli in patriam rediit, usque *ad diem 30. Augusti*, quo rerum mutatio facta est. Singulas percurramus.

39 *Primam* non moror: ea siquidem non illud exhibet subjectum, quod miraculi sit constitutivum, & tantum ex iis, quæ subsequuta sunt colligi potest interea temporis vomicas in pulmone fuisse efformatas. Non persequar Testes quoad alteram, nam si infirmus antequam Neapolim iret, in suo Ordinis Cœnobio commoratus est, concedam idoneos esse Contubernales; & licet non semper apte distinguant quæ viderant ab iis, quæ vel ab ipso ægrotante, vel a Medico acceperant, parum id interest, cum res sit de morbi primordiis, & *P. Franciscus* post primam vomicarum eruptionem vix ad octo vel decem dies in suo Cœnobio permanserit. *De Tertia* unus est sanatus vir, qui dicere de ea posset. *Postrema* igitur superest, quæ nostras præcipue excitat curas. Hæc enim illa est, quæ plane ad veritatem comprobari debet, quia & satis longum ægritudinis spatium metitur, & si idoneis inniteretur testibus ad judicandum sufficeret, quin rigidius inquirendum esset in Testium dicta, quæ circa præcedentes epochas versantur. Etenim Medici Neapolitani, dum *P. Franciscus* ab ea Civitate in Patriam reversurus discessit, haud dixerunt desperandum esse de ægrotantis salute, sed periculum solummodo imminere *di poter io restare soffocato dalla gran quantità di sangue, e marcia, che cacciava continuamente . . . . sì perchè . . . . la piaga . . . . poteva degenerare in ulcere, e farmi cadere in una tisichezza confermata detta Marasmo* (*d*). Tunc erant initia dolorum, *essendo ciò stato nel principio di quel morbo, che poi terminò in tisi* (*e*).

40 Vide igitur quæ urgeat necessitas afferendi Testes idoneos, qui integram hanc postremam epocham complectantur, vel qui saltem simul juncti, & ad invicem comparati eam probationem constituant,

 quæ

(*a*) *Præterit. Animad. pag. 9. §. 22.*

(*b*) *Summ. pag. 24. §. 53. pag. 25. §. 57. & 63. pag. 26. §. 67. & 69.*

(*c*) *Præterit Animad. pag. 8. §. 20.*

(*d*) *Summ. pag. 19. §. 12.*

(*e*) *Ibid. pag. 23. §. 45.*

quæ relate ad potissimas substantiales circumstantias,sit in ore duorum vel trium contestium de visu. Dolet tamen hanc desiderari; etenim *P.Franciscus a die* 27.*Maii* ad sanationem usque, non in sui Ordinis Cœnobio, sed domi Amitæ commoratus est = *Li* 27. *di detto Mese di Maggio me ne tornai da Napoli per così morire in casa d'una mia Zia chiamata Isabella Giordano .... mi ritirai in detta Casa* (*a*). At Amita tempore Inquisitionis jam decesserat; nescimus, num domesticus nllus adesset, vel aliquis eam domum frequentaret; Consodales vero raro ad eum accedebant, & quam citissime ad sua revertebantur, ut supra notatum est: quamobrem de auditu potius quam de visu deponunt quoad circumstantias præsertim, quæ essentiales sunt ad judicandum de certa indole, gravitate, & statu morbi, progressu, variationibus, incremento. Student Defensores egregii acuuntque ingenium, ut eorum fidem tueantur, ac oculatos demonstrent: irrito tamen conatu, nam ex eorum depositionibus longe secus apparet.

41 Quidquid ipsi dicant nihil certe proficiunt. Utuntur eorum verbis, ubi symptomata morbi enumerant; verum hæc, vel respiciunt secundam morbi epocham, vel si postremam attingunt, præterquamquod incertum est, num circa ultimum morbi statum versentur, (si excipias Testimonium *P. Clementis a Palma*, qui pridie quam sanaretur infirmus ejus Confessionem audivit) minime prosunt, utpote qui exhibent potius immissa per aures, quam oculis perceæpta, quod demonstrandum suscipio.

Pater Andreas a Palma, vel ad infirmum accesserit *qualche volta*, vel *spesse volte a* §. 120. *ad* 129., loquitur *de Patris Francisci* morbis relate ad primas epochas; *ad quartam* quod attinet causam scientiæ ut plurimum ab aliorum relationibus repetit, quod præcipue verum est de ultimo morbi statu = *mi venne ancora riferito da Testimonj degni di fede, che il medesimo aveva un edema spaventevole nelle gambe .... era l'ultimo carattere della tisi confermata, motivo per cui da me, e dagli altri ne era abborrito* (*b*). Si quid est, in quo oculatus sit, id exhibet virium jacturam, unde æger lecto decumbens alieno indigebat auxilio, si vellet truncum erigere (*c*).

P. Clemens a Palma *a* §. 147. *ad* §. 157. primas epochas memorat; *ad quartam* quod adtinet ait *P. Franciscum* in Amitæ ædes commigrasse = *vedendosi abborrito da tutti, e sopratutto da' suoi Frati &c.* ac ibi = *seguitò ad essere assistito da due accennati Professori ... per quanto intesi dai medesimi* (*d*). Symptomata enumerat, sed hanc postremo reddit scientiæ causam de auditu = *finalmente intesi da coloro, che spesso lo visitavano, come ancora feci io qualche volta, che gli si erano gonfiati li piedi* (*e*) nec tamen colligere possumus quando revera eum = *qualche volta* visitaverit; hinc nec distinguere ea, quæ ipse vidit ab iis, quæ audivit. Sed quoniam ædema, symptoma scilicet, quod in ultimo morbi statu accidit, aliorum relationibus ipsi innotuit, clare patet in hoc ultimo statu ipsum ad infirmum non accessisse, nisi ultima die sanatio-

(*a*) *Ibid. pag.* 19. §. 13.
(*b*) *Summar. pag.* 35. §§. 132. 133.
(*c*) *Ibid. pag.* 37. §. 146.
(*d*) *Ibid. pag.* 38. §§. 157. 158.
(*e*) *Ibid. pag.* 39. §. 61.

tioni proxima, qua accersitus ad eum venit, ut Sacramentalem Confessionem exciperet = *fui chiamato per confessarlo . . . . come feci già* (a).

Succedit *P. Michael a Palma* qui *ter* infirmum *P. Franciscum* visitavit; sed quamquam multa dicat, in his potius auritum esse, quam oculatum jure existimamus, quia = *queste visite furono brevissime per timore d'infezzione* (b). Nescimus præterea ad quod præcise tempus hæ visitationes pertineant: præcessisse tamen videntur ultimum Morbi statum. Nam ab ipso *P. Francisco* accepisse ait quidquid pertinet ad medium, quo usus fuerat pro valetudine obtinenda, quapropter visitatum iverat sepulcrum *V.S.D. Alphonsi de Ligorio* nuper defuncti (c) quod accidit ineunte Augusto *verso li sette in otto di Agosto* (d) & Morbi symptomata aucta fuerunt post ejus reditum (e).

Patrem Bonaventuram a Sarno ne memorare quidem juvat, nam is numquam ad invisendum infirmum domi Amitæ commorantem, accessit = *nel tempo, in cui stette in casa di sua Zia, per paura d'infezzione non l'andai nemmeno a ritrovare* (f) quamobrem quidquid refert, ex aliorum relationibus est.

Postremus est *P. Seraphinus a Palma*, qui tunc erat Cœnobio Minor. Reformator. præpositus. Sed is quid prodest? Vix semel ad invisendum P. Franciscum accessit, & statim, vale ei dicto, e cubiculo exivit = *essendo obbligato a farlo come Superiore lo visitai una volta . . . . e trattai immediatamente licenziarmi* (g) id revera accidit postquam audiverat a Medicis, *che tra giorni sarebbe andato al Sepolcro*. Sed quid tum postea? In expedita illa visitatione nihil aliud vidisse testatus est, nisi *gran quantità di materie guaste, e marciose, che cacciava dalla bocca, e lo stuolo innumerabile delle Mosche, che lo trafiggevano*. In reliquis auritus est.

Collige horum omnium dicta, & vide si ex Consodalibus aliquis sit, qui oculatus apte de postremo saltem ægritudinis statu, non dicam ab tempore, quo *P. Franciscus* e Cœnobio in Ædes Amitæ commigravit, sed a tempore, quo idem visitatum ivit Sepulcrum V.S.D. deponat: nam post reditum graviora facta fuisse morbi symptomata testes referunt, & postremus hic status attendendus præcipue est utpote pertinens ad miraculi extremum.

42 Neque existimes satis esse ad necessariam probationem duo Testes contestes, scilicet *sanatum Virum & Medicum de Aquila*, qui revera integrum Morbi stadium complectuntur, ac de visu, & facto proprio deponunt. Assentirer, nisi & hi etiam gravi essent exceptioni obnoxii, & nisi esset de ipsorum fide dubitandum. Eorum siquidem depositiones mire concordant in ordine, verbis, & argumentis, unde vehemens oritur suspicio, ne collatis consiliis ex condicto easdem depositiones composuerint, & tabulis consignaverint. *Expedit quidem*, ajebat Sapientissimus Pontifex Benedictus XIV., *aliquando, ut aliqua adsit discordantia inter Testes, non in substantialibus, sed accidentalibus: concordia siquidem in omnibus tan-*

(a) *Ibid. pag.* 40. §. 167.
(b) *Ibid. pag.* 41. §. 176.
(c) *Ibid. pag.* 41. *& sequ.* §. 177. *& sequ.* §. 165. *& sequ.*
(d) *Ibid. pag.* 20. §. 22.
(e) *Ibid. pag.* 20. *& seq.* §. 26. *& seq.*
(f) *Ibid. pag.* 43. §. 194.
(g) *Ibid. pag.* 45. §. 211.

tantum abest, ut fidem conciliet, ut eam potius Testibus minuat (a): Si id obtinet quoad Testes, qui simplicem, nudamque facti historiam referunt, quid dicendum de iis, qui præter diffusam rei relationem cum suis minutissimis circumstantiis, de cunctis æque judicium proferunt, rationes addunt, argumenta enumerant, & in doctas velut abeunt dissertationes? Et licet unus sit Peritus, alter non item, uterque tamen de re medica ita ex ordine loquitur, ut non distinguas qualis revera sit salutaris artis professor. Existimabis utrumque ad eamdem tabulam eadem scripsisse.

43 Specimen dabo quo nihil validius. *Medicus de Aquila* ut evincat mali fuisse ominis ingentes sudores, quibus perfusus fuit *P. Franciscus*, dum is sanitatem fuit consequutus, ad artis regulas sex rationes enumerat. Ait quippe = *Secondo le regole dell' arte tutti li segni esteriori caratterizzavano questi sudori came veri sudori colliquativi. 1. perché furono tanto copiasi, ed eccessivi. 2. perchè nascevano da un fermento fisico unito all' estrema debolezza, e rilasciamento delle fibre, e consumziane universale di tutto il corpo. 3. perchè procedevano da una febre lenta, e continua, e da un calore mordace convulsivo, ed espressivo, che ben conoscevasi scorrere per tutte le membra. 4. perchè essi su dori si originavano da quel principio accennato di sopra settico, e corruttorio, che gli produsse ancora, come ho detto di sopra, dell' irritamenti dolorosi nel petto, sina a non poter respirare. E per ultimo 5. crollo della salute dispèrata del povero inferma dell' acrezza degli umori che aveva nel suo interno uu iscuria vessicale. Finalmente 6. per essere accaduti detti sudori al detto P. Francesco in tempo, in cui per la tisica confermata, e per lo totale spossamento di forze si aspettava a momenti la morte (b)*. Audi nunc sanatum hominem qui iisdem prope verbis, argumentis, & rationibus utitur, ac si esset Professor de re medica e cathedra disserens = *Questi copiosi sudori secondo tutti i segni esteriori dovevano essere necessariamente corruttorii, e colliquativi, che dovevano fra breve portarmi alla morte. 1. perchè furono tantò copiosi, ed eccessivi. 2. perchè nascevano da un fermento fisico unito alla debolezza e rilasciamento delle fibre, e consumzione universale di tutto il mia corpo 3. perchè procedevano da una febbre lenta, e continua, e da un calore mordace convulsivo, ed espressivo, che conoscevasi scorrere per tutto il mio corpo. 4. per essere detti sudori provenienti da principio settico, e corruttorio, che mi produsse anche i dolori nel colla, nel fianco, e nel petto, e mi produsse ancora un iscur ia vessicale. Finalmente per essermi accaduti in tempo, in cui io a cagione della tisi confermata, e spossamento generale di forze era prossimò a deponere l'anima mia nelle mani del mio Creatore (c)*. Possunt ne excogitari duo depositiones, quæ magis concordent? Concordantia tamen talis est, quæ Testium fidem non firmat, sed elevat.

44 Dicet fortasse quis, hujusmodi concordiam potius tribuendam esse Judicibus, ac Sub-Promotoribus Fidei, qui testium dicta excipiebant, & ex ordine dictando tabulis consignabant, quam ipsis Testibus. Vanum effugium, quod forte prodesset, si res esset de nuda, & simpli-

(a) *Lib.3. cap.7. num.10.*
(b) *Sum. pag. 28. & seq. §. 83.*
(c) *Sum. pag. 22. §§. 36. 37. & 38.*

plici facti expositione, non autem ubi res est de medica argumentatione, nedum iisdem plane verbis, eodemque ordine exposita, verum etiam iis adhibitis tetnicis vocabulis, quæ medicæ facultatis propria sunt. Quod præsertim attendi debet, quia non primum ad examen venit *Medicus*, qui cum teneat *vigesimum* locum, posterior ordine est; sed *P. Franciscus*, qui eum præcessit, & est *dicimus tertius*. Hinc dici nequit Judices, & Sub-Promotores tabulis tradendo depositionem *Patris Francisci*, quin sensum immutarent, verba & tetnica vocabula usurpasse, quæ a Medico audiverant. Concludendum igitur est utrumque ex condicto deposuisse.

45 Hoc mihi sufficiat, quin aliis utar argumentis. Unum tamen præterire nolo, quod idipsum magis evincit. Ambo ut pondus addant relationibus suis, ita facti seriem exponunt, ut si fides eorum dictis præstanda esset, plane sequeretur tam *Medicum de Aquila*, quam *Rainone* assiduam æque assistentiam ægrotanti præstitisse, ita ut nihil horum alter altero inconsulto umquam gesserit, quod certe falsum est, quia, ut supra vidimus, *Rainonus* raro admodum ad eum accedebat, & ab aliquo tempore ab eo visitando recesserat, dum accidit rerum mutatio. Qua ergo veritate tam *sanatus Vir*, quam *Medicus de Aquila* mira concordia adfirmant ab utroque receptionem Sacramentorum fuisse præscriptam? (a). *Rainonus* de Sacramentis omnino silet, quia ægrotantem visitare destiterat dum accesserunt phœnomena, quæ causam dederunt *Medico de Aquila* jubendi Sacramentorum perceptionem = *Si aggiunse ancora negli ultimi giorni del suo male fortissimo dolore nel fianco destro, che stendevasi fino alla regione del petto, e propriamente sotto lo Zinna a tonto, che non poteva il detto infermo nè appoggiarsi sù detto lato, nè respirare, onde era costretto, quando era assalito dalla tosse a premere colla mano detto destro loto &c. ciò veduto da me ed osservato anche dall' altro Professore Rainone &c. gli ordinammo gl' ultimi Sagramenti*. Ita Medicus de Aquila (b); Sed *Rainonus* hujusmodi phœnomena accepit ab ipso *Patre Francisco* post sequutam Sanationem = *Avendo ben anche inteso dal suddetto P. Francesco, che negl' ultimi giorni del suo male, tempo in cui non fui presente, che soffrì dolori acerbissimi sul petto, sul collo, sul fianco destro onde non poteva nemmeno poggiarsi su detto lato, e respirare, con sentire anche dolore grande nel petto nel venire la tosse &c.* (c). Sed de probationibus satis,

46 Veniam nunc ad id, de quo est judicandum. Etsi Consultores concederent gravem fuisse morbum, quo diu multumque *P. Franciscus* afflictus fuit, admitti tamen posse verum, confirmatumque marasmum aperte negabant. Non enim ex actis id certo colligi potest, & quæ *in præteritis Animadversionibus* dicta sunt, adhuc mole sua stare videntur. Phthisim admittere non renuebant, non illam tamen, quæ in sordido, inveterato, insanabili ulcere consistit; verum alteram, quam ex ruptis pulmonum vomicis tubercularem dicimus. Qui vero censebant a pulmonum vomicis phthisim fuisse productam, hanc in secundo gradu constitisse arbitrabantur, quæ licet gravis sit morbus, & aliquod adjunctum habeat periculum, curationem tamen non

(a) Sum. pag. 21. §§. 32. & 33. p. 28. §. 81. (c) Sum. pag. 33. §. 118.
(b) Sum. pag. 28. §§. 80. & 81.

non respuit, neque est impervia naturæ conatibus: ad tertium vero gradum, in quo nulla est salus, pervenisse, nequibant concedere. Unde fit, ut quæ subsequuta est sanatio, habita ratione modi, quo perfecta est, ac circumstantiarum, quæ intercessere, videatur potius Naturali crisi, quam Miraculo referenda.

47 Etenim si de primo sit sermo, scilicet de morbi natura & indole, animadvertebant, difficile esse apte distinguere vitium illud, cui proprie, & specifice Phthisis nomen conveniat, quin cum aliis, quæ phthisim mentiuntur, confundi possit. Defensores eam conjiciunt ex quibusdam symptomatibus; sed hæc convenire cum possint vomicæ pulmonali, cujus non inficiamur præsentiam, vanum est vitium trahere ad phthisim, quæ sordidum supponit inveteratum, ac immedicabile ulcus in Pulmonum substantia, tabem producit, atque marasmum, nullamque spem sanationis relinquit. Docet *Morganus phthisim pulmonalem ex iis esse morbis quorum falsa species peritissimos sepe decipit* = *Intelligi profecto*, inquit, *quam facile possint homines decipi, in tanta aliquando puris cognoscendi, judicandique difficultate, ut etiam si phthisis non in pulmonum abdita exulceratione, sed in puris evidenti per sputa expectoratione statuatur, tamen sibi interdum videantur jure credere eam phthisim fuisse, quæ non fuit* = (a). Non est igitur tam fidenter pronunciandum de vera phthisi, de ulcere pulmonum, de tertio gradu, de tabe, de marasmo, de proxima inevitabili morte; præsertim dum quæ concurrunt symptomata commode referri possunt ad vomicam, quæ in specie nostra non a signis æquivocis coniicitur, sed certis, minimeque dubiis phœnomenis comprobatur.

48 Non inficior vomicam gravissimum esse morbum, talis tamen non est, ut numquam sanari queat, immò aliquando accidit, ut, expurgato, detersoque pulmonis apostemate, qui mortem præ foribus adesse putabant sani evadant, & incolumes. *Clarissimus Swietenus* postquam dixerat pulmonis Apostema per urinam, thoracis vero per intestina, & alvum repurgari vidisse Galenum, addit, ac refert singulare factum = *pulmonis vomicam cum spinæ distorsione, purulenta dissenteria per plures dies perdurante, sanatam fuisse observatum fuit, licet ingens debilitas, & pessima plura signa persuasissent Medicis nihil spei adhuc superesse, neque tantum ex ipsis orci faucibus erepta fuit hæc puella, verum etiam spinæ distorsio spontè emendata fuit* (b). Vide igitur quam incertum sit de pulmonum morbis, eorumque exitu judicare, etiamsi prava illa signa concurrant, quæ proximæ nulloque modo declinandæ mortis signa portendant.

49 Atqui in specie nostra nulla prorsus est quæstio de origine morbi ex vomicis, quæ in pulmone maturescebant, & periodicè infra octo, vel decem dierum intervalla rumpebantur, & certum est ægrotantem ex ore ingenti copia expuisse pus sanguine admixtum in singulos dies; merito conjicimus per hanc periodicam repurgationem abstergi consuevisse cistim, qui in Ulcus in pulmone efformaretur ad producendam phthisim. Hæc enim est Vomicarum indoles, ut, dum rumpuntur, vel repentinam inferant mortem, vel expuantur & abstersione sanescant. Ita docent experientia duce salutaris artis scri-

pto-

(a) Morganus Epist. Anatomie 22. n. 20. adstipulatur Hoffman Medic. rational. systematic. tom.4. par.4. cap.11. num.3. & 21.

(b) *Ad Boheraave aphor. 306. §. vel denique.*

ptores, quorum princeps *Hippocrates* ait = *ægrum vomica affectum tabescere, & plerumque perire si non possit vomica multo tempore rumpi, neque sponte, neque medicamentis: nam si quamcitissimè maturuerit, & ruptum fuerit, & sursum vertatur pus, & totum expuatur, locusque cavus, in quo pus subsidebat resiccetur, prorsus sanus evadit* (a). At P. *Franciscus* nedum liberum expertus est puris exitum, verum etiam tempore sanationi proximo ejecit ex alvo *escrementi liquidi e puzzolenti* (b). Hæc porro efficere poterant, ne vomica in ulcus abiret, imo et sanationem parare, quemadmodum puella, de qua *Swiettenus*, purulenta dissenteria per plures dies perdurante sanata est. Præsertim verò, quia in actu sanationis accessere critici salutares sudores, quorum ope, si quid morbosum supererat plene fuit eliminatum, ut infra magis idoneo loco videbimus.

50 Fac tamen phthisim gigni ex vomicis potuisse, & reapsa fuisse genitam, non inde concludi potest ad marasmum usque devenisse, proindeque, cum ultima esset morbi periodus, nullam salutis spem superfuisse. Etenim Consultores etsi tam rigidi videri nollent, ut phthisim omnino rejicerent, negabant tamen supremum illum attigisse gradum, in quo dum consistit arti, & naturæ fit impervia (c). Facilis eruptio, facilis repurgatio, & proinde facilis abstersio efficere poterant, ne phthisis a pulmonum vomicis orta a secundo gradu ad tertium, & ultimum progrederetur. Nec officiunt summa macies, virium debilitas, dolores in pectore & dextero latere, atque alia id genus incommoda, quæ necessario venire debebant ex quotidiana Vomicarum excretione, ex modico cibo, ex tussi, ex incitamento ad vomitum, ex vigiliis, ex violenta concussione corporis, quam necessario tussis producit, aliisque adjunctis, quæ non sunt specifica symptomata morbi, nec ponunt differentiam inter phthisim secundi, aut tertii gradus.

51 Quod si certi non sumus de tertio phthiseos gradu, ac de marasmo: immo si in secundo gradu constitisse morbum tam ea, quæ dicta sunt in præteritis Animadversionibus, quam ea, quæ nunc addidimus planè evincunt; quis non agnoscit quanti fieri debeant & adhibita curandi methodus & quæ in sanatione intercessit salutaris & valida Crisis? Equidem dabo nullum a medicaminum usu expectandum esse præsidium in ordine ad sanitatem, si sordidum, amplum, immedicabile ulcus in pulmonis substantia sit efformatum, si phthisis aliis emensis ad tertium, supremumque gradum certo pervenerit. Sed hoc est, de quo jure dubitabant Consultores, quamobrem de

 co-

(a) *Lib.1. de morbis cap.8.*

(b) *Vide Respon. pag.57. num.125.*

(c) Aliqui erant qui ut marasmum excluderent auctoritate se tuebantur *Sauvagesii* qui ait quidem = *marasmi significatus extenditur ad tertium gradum patet phthiseos, & tabis* = differentiam tamen poni petendam a febris absentia = *differt a tabe & phthisi per febris absentiam* = (*tomo 2. ubi agit de atrophia, & marasmo*) atqui in casu nostro certum est Lentam, & quotidianam febrim a morbi initio ad sanationem usque perdurasse (*Summ. pag. 19. §.10.*) hinc concludebant, juxta *Sauvagesi* sententiam de marasmo jure esse dubitandum: Hanc tamen exceptionem innuisse sat est, nam & alii sunt non vulgaris notæ Scriptores qui docent marasmum gigni *dum calor febrilis adeo intenditur, ut universum corpus extenuet, emacietque*. Præterea etiam alteram, quam nonnulli petebant a brevi duratione morbi. Dum graviora urgent, vanum est in iis immorari, quæ faciliori negotio dispelli possunt.

eorumdem inutilitate non esse pronunciandum censebant, quum phthisis in secundo gradu consistens curationem admittat. Defensores acuunt ingenii vires, ut inutilia evasisse adhibita medicamenta demonstrent, quia tertium phthiseos gradum tuentur, & vomicas in sordida, insanabilia ulcera abiisse contendunt. Si hoc esset demonstratum, facile acquiescerem: sed quoniam agitur de morbo interno, quod argui quidem, non tamen certo definiri potest ex quibusdam signis, & symptomatibus, quæ nonnumquam fallacia sunt, & peritissimos etiam quandoque decipiunt; vel simplex dubium sat est, ne ulcus omnem respuens curam admittamus, & consequenter difficultas ex applicatione medicamentorum excitata, adhuc suo robore stat. Quod præcipuè obtinet quoad lactis usum ad sanationis usque diem continuatum, quem etsi irrideant Defensores, maximi tamen faciunt salutaris artis scriptores & clinici ac præsertim *clariss. Hoffmannus* qui de proficuo lactis usu in phthisi late disserit *medic. rational. systematic. tom.4. part.4. cap.11. de Curatione a num. 3. ad plures seqq.*

52 Itaque poterant remedia adhibita, ac præsertim numquam intermissus lactis usus impedire, ne vomica in ulcus degeneraret, aut saltem, ne phthisis ad tertium gradum deveniret, poterat faciliorem reddere expuitionem, & abstersionem procurare; poterat præparare naturam ad opus remediis incœptum præstantissimis viribus suis plerumque nobis ignotis perficiendum. Quis poterit id inficiari cum viderit ita reipsa ex facti serie evenisse? Vires quippe suas exeruit natura, & per beneficam crisim, immensosque sudores tandem vicit morbum debellari jam cœptum, & ægrum suæ restituit incolumitati, veluti in præteritis animadversionibus probavimus. Tanti est ponderis isthæc exceptio, ut etiam si cetera concurrerent, hæc una sat esset ad assertum prodigium infirmandum. Ejus vim nequeunt non agnoscere Defensores, sed eam evadere posse arbitrantur, si datum sit ipsis ostendere sudores istos non criticos, & salutares fuisse, sed colliquativos, symptomaticos, & lethales, utpote qui sanguinis humorumque dissolutionem portendebant, & supremum fatum ægrotanti jam jam imminere prænunciabant. Belle quidem; nisi factum contrarium evinceret, planeque probaret sudores hujusmodi nil aliud fuisse, nisi ultimum, validumque naturæ conatum ad inchoatam jam valetudinem perficiendam.

53 Si quis secum putaret non contemnenda salutis initia aut saltem prænuncia apparuisse in ægrotante pridie quam se manifestaret reddita salus, scilicet post Medici discessum circa tempus, quo *P. Franciscus* suam Sacramento Pœnitentiæ conscientiam expiavit, is fortè a vero non aberraret. Factum considerate. Jubet Medicus, ut ei Sacramenta administrentur: accersitus *P. Clemens a Palma* ejusdem Ordinis Minor. Reformator. Religiosus Vir Sacramentalem ejus audit Confessionem, differt tamen Viaticum, & extremam Unctionem = *per la matina seguente* = quia tenebræ jam ingruebant: sed non est dilationi locus, dum res est de infirmo *prossimo alla morte*. Verum hic mora non sistit, nam altera adveniente die *P. Clemens* ne cogitat quidem de Viatico, & extrema Unctione morti proximo ministrandis, ut patet ex iis quæ subdit = *ma a capo non so se del giorno seguente, o del susseguente con molta mia meraviglia affrontatomi col medesimo, non mi ricordo se nello stesso nostro Convento venutoci*

toci co' suoi piedi medesimi , o nella casa della Zia da me visitato colà mi disse che stava bene &c. (a) . Ergo si exomologesim dum fecit *P. Franciscus* in proximæ mortis periculo fuisset constitutus , *P. Clemens* postera die valde diluculo ad eum venisset, ut ipsi extrema præstaret officia . Quid igitur ? dicendum vel *P. Clementem* sui officii immemorem , & de æterna sui consodalis salute minimè fuisse solicitum , vel infirmum , dum expleta exomologesi *P. Clemens* discessit, adeo recreatum vidisse , ut non urgeret necessitas Sacramenta ministrandi , & Testes de postremo ægritudinis statu deponentes maxima exaggeratione fuisse usos .

54 In hoc tamen , si lubet , non insistam ; certum tamen est ea , quæ subsequuta sunt satis apertè evincere jam cœptum naturæ opus , & qui accessere sudores fuisse beneficos . Post *P. Clementis* discessum æger deprecatur *Ven. Dei Ser. Alphonsum de Ligorio*, ut sit sibi propitius, & apud Deum intercessor : mox rogat amitam , ut sibi paret duriusculum pulmentum ; ista renuit, ne exasperata tussi , graviora veniant incommoda , ille instat , tandem fit voti compos . Tam obfirmato animo non institisset , nisi aliquantulum ab molestis morbi symptomatibus se levatum sensisset , validasque vires jam experiretur . Et re vera ille idem antecedenter afflictus *dalla cotinua inclinazione al vomito , per cui non mi potevo nutrire (b) oltre la nausea a qualunque sorte di cibo anche il più delicato , e dell' inclinazione continua al vomito cagionato dall' impulsi , ed itti della tosse violenta, per cui era ridotto allo stato di non potersi nudrire &c.(c)*. Idem ille , inquam , sapidè manducat , seseque alit duriusculo pulmento *di tagliolini* ex jure carnis bovinæ & ranarum , contusis amigdalis fracto *mi ostinai a volerli , ed in fatti li mangiai , e li ritenni felicemente contro il solito (d)*. Nonne agnoscis in hoc faustum omen insperatæ salutis ? Quid si pulmentum illud, quod in satis imbecilli ægri ventriculo concoqui summa sui duritie nequibat, ita corpoream perturbasset molem , ut naturam jam pridem dispositam adjuverit ad extraordinariam quamdam , validamque crisim producendam ? Quæ sint , & quantum possint naturæ vires nos ignoramus , novum tamen non esse scimus , ut sanationes quandoque insperato accidant iis adhibitis mediis , quæ contraria & nociva videbantur . Quod certe nequit aliter fieri , nisi per violentam corporis commotionem , quæ ad salutaram crisim producendam naturam disponit .

55 Ita profecto accidit *P. Francisco* , qui , sumpto palmento , somno se dat , cessat tussis , cessat ad vomitum incitamentum , abeunt phœnomena omnia , quæ somnum ab ægrotantis oculis arcebant, ac molestissimas creabant vigilias : nedum dormit , sed placide , & dulciter dormit ; neque expergiscitur nisi quinque solidis transactis horis = *presi dopo un dolce sonno per cinque ore continue* = signa autem isthæc pertinent ne ad morbum , an potius ad sanationem jam inchoatam ? Sed perge . Interim ingenti sudore madefit ; experrectus advenienti amitæ, quæ ad exsiccandum sudorem eum adjuvat , non sine gaudio redditam sibi sanitatem manifestat = *con vera confidenza assicurai mia Zia , che il Ven. Servo di Dio mi aveva fatta*

 la

(a) *Summ. pag.*40. §§.167. 168.
(b) *Summ. pag.*19. §.16.
(c) *Ibid. pag.* 26. §. 68.
(d) *Ibid. pag.* 22. *in princ.*

la gazia = : Non se certum dixisset de sanitate sibi restituta, nisi sublatis morbi phenomenis indubia salutis apparuissent inditia. Sed nondum satis; a sudore detersus iterum dormit, ad matutinas usque horas dulcem protrahit somnum: interim, si quid reliquum erat morbi novus ingensque sudor absumit = *e di nuovo poi mi addormentai, e nello svegliarmi la matina mi trovai egualmente bagnato di sudore* (*a*). I nunc, & dic sudores istos esse colliquativos, corruptorios symptomaticos, lethales, & imminentis jam mortis non dubium inditium. Series facti satis superque demonstrat salutares, criticosque fuisse, ac designasse ultimum naturæ conatum ad vires morbi jam imminutas penitus dejiciendas, non autem postremum funestumque symptoma mortis prænuntium? Merito ajebam in præteritis Animadversionibus hosce sudores potius ad sanitatem, quam ad morbum pertinere. Neque ad id probandum novæ quærendæ sunt Doctorum Sententiæ, aut novæ in salutari arte cudendæ regulæ (*b*). Factum prævalet auctoritati, ac regulis. Tene tibi Doctores, qui docent sudores colliquativos signum esse funestum. Quis de hoc dubitat? Sed quid ad nos? Quæstio nostra non est juris, sed facti: non enim quærimus, num sudores colliquativi verè lethales sint, ac tertii gradus phthiseos demonstrent, quod pertinet ad quæstionem juris; sed quærimus, num in specie nostra fuerint revera colliquativi, an potius critici & salutares, ut circumstantiæ, & adjuncta fuisse demonstrant: & hæc est quæstio facti, in qua unice insistendum est.

56 Etenim si verum est ea, quæ inter se opposita & contraria sunt, nulla ratione conciliari posse, certè in specie, quæ nos exercet, intelligi nequit, quomodo exoptatus cibus nulla cum nausea, nulla cum tussi, nullo cum incitamento ad vomitum avide sumptus, ac facillimè, secus ac antea consueverat, retentus, ac deinde consequutus somnus, qui *P.Franciscum* ad quinque horas tranquillè & dulciter sopitum tenuit, componi jungique possint cum iis sudoribus, a quibus æger ipse ob pravam eorum indolem (in sensu Defensorum, qui colliquativos, & corruptorios eos volunt) ac naturam angi, cruciari, ac imminentem sibi mortem pertimescere debuisset. Sed præterea, fieri ne potuisset, ut idem infirmus post horam quintam tranquilli & dulcis somni expergefactus testaretur amitæ, se gratia petita per Ven. Alphonsum fuisse donatum? Qui fieri poterat, ut se jam sanum persentiret, & prædicaret, nisi adauctas sibi vires (non imminutas, ut colliquativi sudores necessario efficiunt) cum cessatione symptomatum, quæ eum adeò vexaverant, fuisset expertus? Audio tamen Defensores ajentes, auctore *Mortono*, recreari infirmum, ac placidè quiescere *durante sudore* (*c*). Quid hoc facit ad speciem nostram? Nihil profecto, nihil; etenim non alleviatus est æger durante sudore, sed jam præcesserant sanitatis mox reintegrandæ inditia, quandoquidem sapide gustaverat, ac retinuerat durlorem cibum sine nausea, sine tussi, sine incitamento ad vomitum ac placido, dulcique somno se dederat, priusquam sudor efflueret, qui propterea somno durante emersit, & si quid adhuc mo-

(*a*) *Summar. pag.*22. §. 35.
(*b*) *Vide Responsion. pag.*99 §.224.
(*c*) *Respons. pag.* 101. *num.* 229.

morbi reliquum erat, plane excussit, opusque jam antea inceptum perfecit.

57 Sciscitor ego: si adhuc contendis sudores fuisse symptomaticos, & colliquativos, tam sapida durioris cibi commestio, & qui subsequti sunt sudores ad quem nam pertinent statum? Ad illum ne morbi, an ad alterum sanationis? Hic hærendum esse video. *P. Franciscus* post invocationem liberè & sapide comedit, quod in antecessum facere nequibat: post invocationem, & commextionem, tussisque quietem dulcis conciliatur somnus, interea corpus copioso sudore manat; Ægrotus sanationis gratiam prædicat obtentam. Hæ circumstantiæ sibi invicem succedentes, ni omnia fallant, pertinent ad statum sanationis saltem inchoatæ. Defensor tamen utens testimonio Medici eas refert ad statum morbi. Verum, si bene sentio, id pugnat cum aperta ægroti sententia, & contra factum: dicam etiam contra ipsius medici testimonium.

58 A postremo exordiar. Attendite PP., & diligenter considerate *Medici de Aquila depositionem*, singulas ex ordine circumstantias, & partium orationis nexus. *Die 29. Augusti* ab infirmo discedit, quem brevi moriturum putat, ac propterea Ecclesiæ Sacramentis muniri jubet. *Die trigesima* ad eum accedit, & quin sciat convaluisse, audit ab Amita ingenti sudore in somno fuisse perfusum, continuo clamat *è morto*, secum reputans sudores hosce fuisse colliquativos quemadmodum eos futuros iri status, in quo infirmum pridie reliquerat, non obscure prænunciaverat; quia *secondo le regole dell' arte tutti i segni esteriori* (signa, quæ antecesserant, quæ pridie viderat) *caratterizzavano questi sudori come veri sudori colliquativi* = mox *P. Francisci* cubiculum ingreditur, eum contra spem reperit sanum, suumque retractat judicium = *restai deluso, ed ingannato sopra questo mio Medico giudizio* (a): Sed quodnam erat retractandum judicium, nisi illud, quod ex præjudicata opinione de sudoribus efformaverat priusquam *P. Franciscum* videret & ab ejus ore facti seriem acciperet? Judicium, inquam, quod multiplici argumentorum genere confirmare studuerat circa qualitatem sudorum, quos colliquativos existimaverat juxta Medicorum theoremata = *secondo le regole dell' arte* = non autem juxta casus contingentiam, & circumstantias, quæ ei nondum innotuerant. Edoctus postea, & facti seriem ex ordine accipiens, simulque sanum hominem videns, quem mox moriturum putaverat, præmatura repudiata sententia in aliam abiisse videtur salutares existimans sudores illos, quos = *secondo le regole dell'arte* colliquativos dixerat, quod certè significat illud *restai deluso ed ingannato sopra questo mio medico giudizio*.

59 Pugnat cum ægroti sententia qui talem, tantumque levamen ab hujusmodi sudoribus expertus est, ut de reddita sibi sanitate minime dubitaverit = *pieno d' una vera confidenza assicurai . . . . che il Ven. Servo di Dio mi aveva fatta la grazia* (b), neque id confundas cum spe illa fallaci, de qua *Mortonus* loquitur, nam hic non de sola spe res est, sed de certitudine jam obtentæ sanationis. Pugnat contra factum, ut satis superque colligitur ex iis, quæ huc usque sunt disputata. Cuinam igitur credendum est? Sanato ne homini

(a) *Sum. pag. 28. & seq. a §. 81. ad §. 85.* (b) *Summar. pag. 22. §. 35.*

mini, cui favet facti series, se asserenti jam sanum, dum expergiscitur sudore madidus, an Defensori, qui symptomaticum, & colliquativum sudorem dicit? Si per insigne prodigium *P. Franciscus* sanatus est, demonstrandum etiam est quando id acciderit. Miraculum tuetur *Pater Franciscus*: Miraculum tuetur defensor: dum verò assignare uterque debet certum sanationis tempus alter cum altero non consentit. Quid igitur? Illi potius aures praebeamus oportet qui de sua re loquitur, & pro se habet facti circumstantias, quam defensori, qui, ut suo officio strenuè fungatur, undique argumenta quærit, quibus, si fieri potest exceptiones eliminet.

60 Ne autem ipse percontetur = *quonam jure ingentes illos sudores dici debet in sanationis actu accidisse*? = Inane prorsus est argumentum, quo ad enervandam difficultatem utitur. Ait enim = *si secundum Miraculi extremum a sanatione petitur, si ingentes hi sudores evenere nocte diei 29. Augusti recedente Poenitentiæ Ministro &c; si tandem sanum eum invenit Medicus mane diei 30. ejusdem mensis Augusti, aperte patet sudores sanationem præcessisse (a)*. Nonne vides argumentum hujusmodi claudicare, id supponere quod probandum est, & a facti circumstantiis, dissentire? Ut facto consonet longe secus instituendum est, videlicet = *Infirmus post invocationem sapide comedit, ac retinet duriusculum pulmentum, nullam experitur nauseam, nullam tussim, nullum ad vomitum incitamentum, somno corripitur, dulciter dormit ad horas quinque, expergiscitur sudore madidus, &* pieno d' una vera confidenza *se voti compotem factum manifestat, clamat, depredicat: ergo juxta sententiam sanati, quo certè nemo est judex magis idoneus, & juxta facti seriem, incoepta per commextionem salus, per ingentes subsequutos sudores perfecta est*.

61 Vim hujus argumenti Defensores præsentiunt, idcircò simulantes nobiscum liberaliter agere = *sed fuerint, inquiunt, hi sudores in actu sanationis; quid inde? Nihil profectò probas quam morbum tunc fuisse in suo summo statu (b)*. Ita ne vero? Sciscitor: quisnam est actus iste sanationis, qui simul est actus extremi status morbi? Est ne actus, vel non actus sanationis? Si sudores illos, ais, evenisse in ultimo morbi statu, qui immediatè junctus est sanationi, jam dicendus non est actus sanationis. Diversa est argumentandi ratio, sed error semper idem. Quod si verum est sudores accidisse dum morbus erat in summo sui statu, tuis te jugulas armis: nam juxta doctrinam, quam affers *Benedicti XIV.* repentinæ mirabilesque sanationes accidunt dum morbus est in summa parte status: unde si quæ eveniat in hoc statu insperata sanatio per insignem sudorem, vel aliam criticam evacuationem ad opus naturale refertur quod habet quid insoliti, non autem ad supernaturale. Quod si simultanea sit alicujus Servi Dei invocatio, dubia res erit, sed in dubio nefas est pro miraculo pronuntiare.

62 Verumtamen percontari licet: quomodo probas morbum fuisse in suo summo statu, dum sudores emersere? *Quia, inquis, cum accessere sudores aderat hæctica febris, &, ut cetera mittam, aderat diar-*

(a) *Respons. pag. 96. §. 218.*

(b) *Respons. pag. 97. §. 219.*

diarrhea, purisque excretio (a). Bene quidem: at ego potiori jure negare id possum, eo quia ægrotus priusquam sudores erupissent, jam sanationis præludia expertus fuerat, si recesserant nausea, tussis, incitamenta ad vomitum; si potuit ipse sapide comedere, & duriusculum retinere cibum, valida urget præsumptio, quod recesserit etiam febris, diarrhea steterit, cessaverit puris excretio. Et re ipsa ad quinque solidas horas *P. Franciscus* dulciter dormivit, & interea nullum habuit incitamentum ad pus expurgandum: somno excusso eum audio a sudore detersum, non autem à sordibus purgatum. Si adhuc contendis erupisse sudores persistentibus adhuc hectica febri, diarrhea, purisque excrectione, affer documenta, affer testes, quibus id evincas. Quo tamen eventu, si factum contrarium demonstrat?

63 Cum igitur ex iis, quæ huc usque sunt disputata pateat sudores non symptomaticos & colliquativos, sed criticos, & salutares fuisse, unum quærendum superest: num per hujusmodi sudores potuerit *Patris Francisci* morbus penitus eliminari. In hoc causæ cardo consistit. Ab hujus solutione quæstionis pendet judicium. Hinc Consultores optabant audire aliquem ex celebrioribus salutaris artis Professoribus, qui sub juris jurandi religione suam pro veritate sententiam exponat. Is autem ex Causæ actis in certam naturam & indolem morbi debet inquirere, quem certum est originem habuisse a pulmonum vomicis, & eamdem causam diu usque ad sanationis tempus perseverasse, si interim novæ semper generabantur, & periodicæ rumpebantur vomicæ & æger quotidie ingentem puris, & sanguinis copiam expuebat. Videndum dein est, num ex vomicis vera phthisis fuerit genita, & quo in gradu hæc consisteret dum rerum mutatio facta fuit. Quod si secundum prætergressa non sit, ut acta suadent, nec usque ad tertium pertigerit, altera succedit gravissima quæstio: num scilicet relate ad phthisim, quæ in secundo gradu consistit difficulter curationem admittit, sed non est omnino insanabilis, vinci, penitusque dispelli potuerit morbus per naturæ conatum, & signanter per ingentes salutares sudores.

MIRACULUM III.

Repentinæ absolutæque sanationis Caroli del Vecchio *Clerici Tyronis SSmi Redemptoris ab Hemophthisi cum acuto pectoris totiusque Corporis dolore, Rheumatico, tussique violenta.*

64 Quæ adversus assertum Miraculum, quod tertium tenet locum, urgeut, longe breviori oratione perstringam; si omnes fere Consultores illud præ tereundum potius, quam discutiendum existimarunt. Defensores ipsi ideo illud exhibuisse fatentur, non ut inserviat ad decernendum Altarium honores Ven. Viro, sed ut supra numerum ad-

(a) *Ibid.*

adprobetur, contenduntque propterea in ejusdem examine tantam adhibendam non esse severitatem judicii, quantam nostri exigunt Canones, dum agitur de sanationibus miraculorum numero referendis. Agnoscunt & ipsi plura deficere, in pluribus nutare prodigium. Neque mihi hic est animus instituendi quæstionem de conditionibus, quæ necessariæ sunt, ut miracula supra numerum admittantur, si in specie nostra omnes characteres desiderantur, quibus instructa sint miracula oportet. Brevis morbi duratio, incerta ejus indoles, modica sanguinis per intervalla excretio, & alia, quæ in præteritis Animadversionibus dicta sunt, evincunt vel morbum *Tyronis del Vecchio* veram non fuisse hemophthisin, vel si talis reapse fuit, non illam certe, quæ aut nullo modo, aut difficillime sanatur.

65 Sciscitabantur Consultores: quibusnam testibus innititur probatio facti? Omnes qui de eo dixerunt, si unum excipias Medicum, profitebantur Institutum a Ven. Servo Dei fundatum. Si dixero eosdem effusa cum pietate, ut filii parentes solent, coluisse; mecum convenire Postulatores non dubitabo. At ex amore, quo in eum ferebantur, facile evenire poterat, ut quidquid in illius gloriam redundaret avide complecterentur quin, omnia ad rigidas critices regulas exigerent. Hinc factum, ut præjudicatis oculis, præjudicatoque animo illic viderint prodigium, ac esse judicaverint, ubi nullum reapse erat, vel tale, quod potius esset gratiæ nomine donandum quam miraculis accensendum. Quamquam vero multum dandum sit affectioni, dum magnificis ac enphaticis verbis morbi gravitatem hi testes extollunt, ut inde concludant ægrum fuisse uno tantum interveniente prodigio sanatum, aliqui tamen caute loquuntur, nec Miraculi usurpant vocabulum, & ut in præteritis Animadversionibus ostendi, gravissimus vir *P. Dominicus Corsano* suum reticet sensum, & brevissimam suam depositionem concludit = *intesi dire, che i Medici . . . . giudicavano, che detta risanazione era stata miracolosa: altro di questo io non sò* = (a)

66 Nec multi fieri debet Medici testimonium, quod ter dixit, semel scilicet in Processu Ordinario, bis in Apostolico. In hoc primum rogatus, se quam citissime expedivit, & vix summis labiis duas a se factas visitationes indicavit (eadem die, qua sanatio contigit, alteram de mane, secundam de sero (b); nec secus poterat obliviosus homo, qui præteritarum rerum memoriam ex mente excusserat. quapropter iterum vocatus in eodem Processu, re ad umbilicum perducta, ut tamquam Peritus de præsenti salutis statu *Tyronis del Vecchio* diceret, non sua protulit, sed quæ ab eodem Tyrone, quem hac de causa adiverat, accepit = *Non sovvenendomi tutte le circostanze del sofferto male, ho voluto dalla sua bocca sentirne la relazione* = (c). Nec mirum proinde, si non semper sibi constat quoad ejecti sanguinis quantitatem; nam modo ait se vidisse in visitatione, quæ postrema fuit, antequam rerum mutatio fieret = *tanto sangue buttato dal petto, che se mal non erro, ne trovai* DUE VASETTI RIPIENI (d) = modo = *ALCUNI VASETTI* (e) = modo = *UN*

(a) *Prat. Animad. pag.* 27. *num.*65.66.68.
(b) *Sum. pag.* 53. §. 19.
(c) *Sum. pag.* 54. §. 22.
(d) *Sum. pag.* 53. §. 19.
(e) *Ibid. pag.* 55. §. 28.

UN VASE = (*a*). Vide igitur quanti fieri debeat facti probatio, quam constituunt Testes vel de affectione suspecti, vel obliviosi.

67 Quod si aliquo in pretio haberi debeat medici testimonium; attendenda potius est depositio, quam fecit paulo post eventum, *in ordinaria inquisitione*, quam aliæ, quæ tabulis apostolicis consignatæ fuerunt, post quam eum cæperat rerum præteritarum oblivio. Quid enim in ea dixit agens de indole, & natura morbi? *Essendosi infermato*, inquit, *un Novizio .... di un rèuma di petto con difficoltà notabile di respiro, con tosse convulsiva continua, e con dolore spasmodico fisso nella regione del petto* (*b*): ergo rheuma malum fuit. Addit profecto, quod aucto morbo *sino a tre volte diè per la bocca replicati bocconi di sangue, al settimo, ed ottavo giorno essendo venuto la matina io a visitarlo .... lo trovai ... che la notte antecedente aveva buttato un' altra quantità di sangue, che io osservai in un vase* (*c*). At si bene sentio ejectiones hujusmodi erant quoddam veluti accessorium, & rheumatis symptoma, non autem princeps malum, a quo originem haberet rheumaticus dolor, ut in titulo legitur. Quod adeo verum est, ut idem Medicus agens de sanatione, quam efficaciæ primum tribuit æthiopis mineralis, mox dubitans, vel dubitare simulans, ne Tyronem, & alios, qui volebant patratum Miraculum *V. S. D. Alphonsi de Ligorio* intercessione, contristaret, cunctandum fore dixit, quia = *se era ciò effetto della pillola, secondo l'arte l' avrebbe dovuto di nuovo comparire leggèrmente la tosse, la difficoltà del respiro, ed il dolore* (*d*) futurum tamen iri, ut cruenta sputa redirent, non dixit. Ergo in solo rheumate principem morbum statuisse videtur, qui dum pectus occupat, præter localem dolorem gignit tussim, difficilem facit respirationem. Et revera curam præcipue directam fuisse apparet ad dolores imminuendos, tussimque sedandam, si jussit *sulle prime un salasso ed un narcotico leggiero ..... continuazione di narcotici leggieri, e blandi ..... una pillola di etiope vegetabile narcotico più attivo* (*e*).

68 Si hæc vera sunt, quæ igitur fides obliviosо homini, qui in Apostolica inquisitione dubitativum adhibens vocabulum Hemophthisin morbum appellat, = *SEMBRAMI a mio giudizio l' infermità sofferta essere stata una vera Emottisi* = ponitque rheuma, spirandi difficultatem, validam tussim tamquam hæmophthisis accessorium; *giacchè al vomito del sangue si accompagnarono somma difficoltà di respiro, a segno, che non poteva nemmeno aprire la bocca, tosse violentissima, con dolore anche acuto*: & quod *in ordinario Processu*, dum recens erat facti memoria non dixit, decimum quintum post annum ex his, quæ audiverat, certo concludit a grandioribus Pulmonis vasis sanguinem prodiisse, *il sangue lo giudicai, e lo stimo sboccato da vasi de bronchi del polmone perchè vivo, e rosso* (*f*).

69 Ajebant hinc Consultores non aliud agnoscendum esse in morbo *Tyronis del Vecchio* præter unum rheuma, cujus præcipua symptomata sunt tussis, dolor, spirandi difficultas, & alia hujusmodi.

 Haud

(*a*) *Ibid. pag.* 56. §. 40.
(*b*) *Sum. pag.* 56. §. 37.
(*c*) *Ibid.* §. 39.
(*d*) *Ibid. pag.* 57. §. 41. & 42.
(*e*) *Ibid. a* §. 37. *ad* §. 40.
(*f*) *Ibid. pag.* 55. §§. 31. 32. 33.

Haud pernego *hemophthisim* quandoque sequi, & violenta tussi, & vehementi corporis agitatione; sed hæc utpote profecta ab laceratione alicujus ex capillaribus venis, malum omen neutiquam portendit, ut scimus duce experientia, & difficile non est plures adinvenire, qui id in se experti fuerint. Perperam igitur inscribitur titulus *sanationis ab hemophthisi cum acuto pectoris totiusque corporis dolore rheumatico tussique violenta*. Quum potius invertendum sit, & quod tamquam princeps malum proponitur, symptomatibus amandandum, *sanationis* scilicet *ab acuto pectoris totiusque corporis dolore rheumatico, tussique violenta cum hemophthisi*.

70 Haud moror enfaticas illas, exageratasque expressiones, quibus testes utuntur, ut teterrimum fuisse ægrotantis statum demonstrent, indeque concludant nonnisi per miraculum sanari potuisse. Neque persequar eorumdem inconstantiam quoad sanguinis excretiones. Dicam solummodo prægrandes illas sanati viri expressiones de extremo virium languore tribuendas potius esse phantasiæ præ nimio timore multum emotæ, quam morbi naturæ. Octo quippe dies infirmitatis tantam efficere non poterant virium jacturam. Terret cruoris visio, timorem excitat, mortisque formidinem. Nonne aliquos pluries vidimus, qui ad conspectum sanguinis ex alterius vena scalpello educti, in deliquium abeunt? Quid si de propria vena fuerit emittendum? Post mille repulsas domumque suspiriis, & quærimoniis impletam, brachium pene moribundi feriendum relinquunt. Ve autem, si sputum aliquando cruore tinctum ejiciant! Mortali operiuntur pallore, ultimumque vitæ instans manu contrectare videntur. Quam frequentes vero sunt qui morbos natura leves, vel saltem qui, etsi graves, nullum vel modicum periculum habent adjunctum, quasi summos, intollerabiles amplificatis ad nauseam descriptionibus magnificant? Ita Consultores qui proinde opinabantur hujus fuisse constitutionis nostrum Juvenculum annos natum septem supra decem, qui præ phantasiæ alteratione & metus oppressione statum suum prorsus conclamatum asseruerit. Defensores nihilominus Medicorum afferunt attestationes Virium attenuationem in hemophthisis sevitie probantes. Quis hoc neget? At considerandum est eos de iis languentibus loqui, qui post longum, gravemque talis morbi stadium, ad mortem propinquant.

71 Quod autem de virium asserta deperditione diximus, id & de reliquis asserendum doloribus, scilicet respirationis difficultate, & id genus aliis. Talibus interim exaggeratis ægroti quærimoniis omnes innituntur quotquot sunt Testium depositiones = *non trovava sito* = *non poteva respirare* = *somma debolezza* = *morto per morto* = *estremo medicamento* =. Nec enim iteratæ, frequentes, copiosæ sanguinis visæ sunt ejectiones, ut morbus per se, & ex suis signis conclamatus agnosceretur.

72 Quis autem fidem adhibebit sanato Tyroni asserenti in Processu Apostolico *esso Medico, e tutti di questa Congregazione mi tenevano già per spedito di modo che ne scrissero a miei genitori : mi diede morto per morto un estremo medicamento &c.* (a). Non iis certe expressionibus usus fuerat dum testimonium dixit in Ordinaria inquisitione (b). Verum si medicus dederat Tyronem *per già spedito*

(a) *Summar. pag. 51. §. 5.*

(b) *Vide ejus depositionem pag. 53. a §. 14. ad §. 18.*

si eum habuerat *morto per morto*, si idcirco præscripserat *un estremo medicamento*, cur solicitus non fuit de Sacramentis ei ministrandis? Si vel oscitantiam, vel quid simile in medico accusas, cur nam Religiosi Viri de hoc non fuerunt soliciti? Inquies tam dire vexato haud potuit viaticum porrigi. Dicam ego sed nec vel potuit in propitio instanti tentari? Sed nec vel potuit de hoc Sacramento sermo proponi, ut cum liceret, administraretur? Morbus aliquas exhibuit inducias, & post nocturnas evomitiones usque ad Medici adventum non amplius sanguis apparuit; ideo non fugerat benignum quoddam instans, in quo sine periculo viatico æger muniri posset; præsertim si res feliciter cessit sumpto, deglutito, ac retento bolo etiopia vegetabilis. Neque reponas non fuisse locum administrandi viaticum, quia salus insperato successit, postquam æger bolum etiopis declutiverat; nam sanatus tyro fatetur = *fu vano ancora questo rimedio* (a), & aliquod temporis spatium ad sanationem intercessit, si interea *P. Deodatus Criscuoli* tyronum Magister auctor ei fuit, ut pro sua corporali salute *Ven. Alphonsum* apud Deum deprecatorem adhiberet, seseque commendaret B. V. M. & cartulam de immaculatæ Conceptione inscriptam declutiendam ei dedit. Sed de Viatico nihil.

73 Quid autem quæro de Viatico? Fac violentam tussim, cruentæ expuitionis periculum, tale, tantumque præbuisse impedimentum, ut de administrando Viatico ne cogitandum quidem foret: Num quid idem occurrebat obstaculum ad expiandam Sacramento pœnitentiæ conscientiam? Nihilominus in Actis nemo est qui saltem verbo dicat insinuatum fuisse Tyroni del Vecchio, ut si viatico in eo discrimine positus muniri nequibat, exomologesi ad mortem se disponeret. Medici ex lege debent Sacramenta inculcare, & præsertim confessionem præcipere, etiamsi non proximum, ut in specie nostra Testea volunt, sed etiam remotum periculum sit, nec possunt ad infirmum redire, nisi is jussioni obtemperaverit: in Religiosis domibus nil Sacramentis carius. Eccur ergo dum mortis periculum instare putatur, dum extrema porriguntur medicamenta, dum infirmi fides excitatur, ut pro sua corporali salute intercessorem adhibeat *Ven. Alphonsum* cujus imago & reliquiæ ei deferuntur, nemo unus est, qui se ostendat de ejus spirituali salute solicitus? Non Medicus, non infirmus, non circumstantes Religiosi viri. Si verum est quod imminuta tussis violentia = *il Medico azzardò di dargli un poco di brodo con pochissimi taglielini*. Si verum est *che non furono brodo, ne furono tagliolini, ma fu un vero veleno per il povero infermo*. Si verum est, *che subito egli fu preso da una tosse così violenta, continua, e profonda*, CHE INDICAVA UNA PIU' FORTE ROTTURA DELLE VENE POLMONALI. Si verum est quod ex tussis violentia *sembrava avesse dovuto buttare a bacili il sangue* (b) quo fato accidit, ut nemo cogitaret de Sacerdote qui prope infirmum vigilias ageret, ne fortior, de quo vehemens urgebat suspicio, cruoris vomitus e mundo raperet infirmum sine remediis spiritualibus, quæ nemini & si Laico, & ceterorum cohabitatione remotissimo Sacerdotum cura deesse sinit. Dices provisum fuisse per Tyronem Laicum cui jussum fuit, *che nella detta notte dormisse in*

 una

(a) *Summar. pag. 51. §. 5.*

(b) *Summ. pag. 58. §. 48. pag. 60. §. 60.*

una stanza contigua (a). Sed id satis non erat, cum ageretur de morbo, qui si vera Testes narrant, poterat repentinam necem inferre: ideo Sacerdos adstare debuisset, qui, si novus accessisset tussis insultus majorum vasorum lacerationis inditium, mortisque prænuncium, suprema ei præstaret ad spiritualem salutem officia.

74 Tanti autem faciebant Consultores gravissimam hanc exceptionem, ut etiamsi non defuissent cetera, hæc sola eis sufficeret, ut de natura, indole, gravitate morbi dubitarent. Vel enim dicendum graviter peccasse Medicum in proprium officium, & probatissimi instituti alumnos, quorum præcipuum studium est animarum saluti intendere, cum ageretur de Tyrunculo Consodali hanc, quæ omnino necessaria est, dimisisse curam: vel talem fuisse morbum, qui nullum adjunctum haberet periculum, nec proinde faceret Medicum, & illius Congregationis Sacerdotes solicitos de Sacramentis ei administrandis. Primum nefas est suspicari, quia & si Medicus expressis verbis Sacramenta non jussisset, zelum, & sollicitudinem Religiosorum hominum ratus, ad quos pertinebat infirmus, hi certe quod in morbo qui gravis est, & periculum adjunctum habet faciendum est, facere non omisissent. Quid igitur est reliquum, nisi dicamus hemophthisin, de qua est quæstio, tamquam rheumatis consectarium habendam esse, & cruenta sputa e capillaribus venulis educta nihil habuisse periculi, quemadmodum sepenumero accidit iis, qui rheumate laborantes violenta agitantur tussi sine ulla tamen noxa. Proinde sequitur testes, qui modis omnibus augendum facti splendorem gravitatem morbi, & grande quod imminebat periculum depredicant maxima exaggeratione in deponendo fuisse usos.

75 Quid ergo juvat tot salutaris artis scriptorum acervare sententias de hemophthisis periculosa natura? Num quid omnis cruenta expuitio enormem majorum vasorum lacerationem portendit? Num quid æque funestum omen prænunciat? Numquid ad arduum, difficileq; ne subjectum pro miraculi ratione satis est? Oppido falluntur qui ita existiment. Equidem non inficior hemophthisin juxta scriptorum & Clynicorum sententias malum esse, quod timorem ingerit, & aliquod præsentare periculum quod temporis successu gravius evadat artis auxiliis obsistat, necem inferat: sed hæc pertinent ad tempus successivum, & mali quod forte evenire potest habenda veluti præsagia; Secus enim si quis duo tresve emitteret cruenta sputa ex capillaribus exilibus venis educta, jam illico dicendus esset in summo discrimine positus; & si forte invocato alicujus Servi Dei præsidio cruenta excretio cessaret, sufficiens foret ad arduum Miraculi subjectum constituendum, quod quam alienum a nostris Regulis, & absurdum sit nemo non videt.

76 Cum igitur quæstio sit de tam brevi periodo ægritudinis *Caroli del Vecchio*, quæ octo dierum spatio concluditur, cum princeps morbus non sit hemophthisis sed rheuma, cum modica fuerit interpolatis vicibus sanguinis jactura, quæ tres quatuorve uncias non superavit, cum præterea in tam brevi periodo non semper morbus in sua gravitate perstiterit, sed benignas concesserit inducias: extra chorum canunt Defensores, dum tot cumulant scriptorum sententias de indole, gravitate, & periculo hemophthisis. Eorum memi-

(a) *Ibid. pag.* 38. §. 48.

minerint quæ de secundo Miraculo disserens dixi, scilicet quæstionem nostram esse facti, non juris; Non enim sufficit ostendere quod hemophthisis gravis sit morbus & periculi plenus, quod ad jus pertinet; sed demonstrandum est ægrotum nostrum ad eum revera devenisse statum, in quo dum est hemophthisis, gravis est morbus, & grave adjunctum habet periculum, quod proprie ad factum pertinet.

77 Casum, quem approximare intendunt Defensores ad speciem nostram, Miraculi scilicet adprobati in Causa *B. Joannis a Prado* toto Coelo differre nemo est qui non agnoscat. In eo agebatur de copiosa expuitione sanguinis per octiduum ad singulos horæ quadrantes, res erat non de exilibus capillaribus venulis, sed de pulmonum disruptis arteriis; infirmus erat provectæ ætatis, & si scopulum illum evasisset jure timeri poterat, ne in phthisim, aut hydropen incideret (a). Nil autem horum in specie nostra, ut cuique facti seriem legenti, & consideranti patet, quin ego improbo labore id demonstrandum suscipiam. Unum scio sæpe propositum, semperque rejectum ab S. C. fuisse Miraculum, quod proponebatur *in Causa V. S. D. Mariæ Magdalenæ Martinengo, sanationis Fratris Josephi Mariæ ab Aqua frigida a phthisi hemophthoica biennali*, nedum, quia claudicabat extremorum probatio, verum etiam quia dum de hemophthisi agitur cauto opus est, ne difficilis reputetur morbus, qui sepe numero sponte, vel artis auxiliis sanatur, quemadmodum suspicio erat præfato *Fratri Josepho* accidisse.

78 Erat ex Consultoribus alter, qui sancte testabatur de facto proprio quemdam vidisse hominem hoc morbo afflictum, qui tamen post annos viginti quinque sanus, & incolumis ei se in conspectum dedit. Etenim cum in eodem Cœnobio moraretur, eum viderat ingentem sanguinis copiam ad annos plurimos expuentem, & quoniam ab eo Cœnobio recedendum ei fuit, reliquit infirmum in eodem deplorabili statu: Multos post annos, qui viginti quinque a prima cruenta expuitione numerari debent, illuc rediit, unde diverterat; & dum existimabat Religiosum infirmum jam humo traditum, hilarem, sanum, robustum conspexit. Sciscitatur admirabundus quomodo, quo medio, cujus ope hæc contigisset mutatio, ratus quod æger ad superos confugisset: rei seriem audivit, ac intellexit tandem omnia naturaliter processisse. Quamobrem experientia se didicisse fatetur quantum in hisce casibus natura possit, & quam ardua res sit dum, de hujusmodi morbis quæstio est distinguere: utrum sanatio naturæ viribus, an operi superoaturali referri debeat.

79 Quoniam igitur de arduo subjecto non constat, immo valida urget præsumptio, quod morbus exaggeratis verbis amplificatus non illum suapte natura adhuc teneret gradum, in quo grave aliquod adjunctum habet periculum, & difficillime curatur. Quid juvat de sanatione disserere, ac penitius scrutari, num hæc tribuenda sit etiopis vegetabilis efficaciæ, an VEN. ALPHONSI DE LIGORIO cujus invocatum fuit præsidium intercessioni? Quid prodest de hæsitantis Medici dubio judicio quærere, qui stetisse sanguinem dixit ob efficaciam validioris narcotici ab ipso præscripti, qui formidinem non deposuit etiam postquam cum altero Medico periculum

fe-

(a) *Præterit. Animad. pag. 23. & seq. n. 47. Respons. pag. 136. num. 328.*

fecerat de restituta Tyroni sanitate, quam vocat *miglioria*; quia cessasse animadvertit non omnia symptomata, sed QUASI *tutti i sintomi del male*: qui illi petenti *che voleva rifocillarsi* morem gerere recusavit *per detto timore*, & postridie permisit *picciola cosa sempre per riguardo al detto timore*, ac propterea jussit ne lectum desereret, *averlo fatto stare per cautela, ed assicurarmi del fatto qualche giorno a letto* (a). Quid interest de aliis, quae ad sanationis modum, & medium pertinent, diatribam instituere? Si deest id, quod prodigium constituat, parum refert sciscitari, num acceptum beneficium tribui debeat *intercessioni V. Alphonsi*, *an potius potentissimo B. M. V. patrocinio*? Num illius imagini ægri pectori extrinsecus admotæ, an chartulæ, quam *de Immaculatæ V. Conceptione* dicunt, ab eo deglutitæ.

80 Sed colligenda tandem sunt vela. Ut principio dixi; Consultores fere omnes prætereundum potius esse assertum hoc Miraculum, quam discutiendum existimarunt. Quod si Defensores in proposito illud tuendi adhuc persistant; seligendus erit Peritus jussu S. Congregationis qui juramento dicto, suum pro veritate sensum exponat. Caveat autem is, quicumque erit, ne fucum sibi fieri sinat ab amplissimis, exaggeratis expressionibus, quibus testes ad magnificandum prodigium usi sunt. Ista seponat, nudamque facti seriem attendat, ut concludere inde possit qualis revera fuerit, & quanti faciendus sit morbus, quo per octiduum *Carolus del Vecchio* laboravit.

Quæ dicta sint sub censura &c. salvo &c.

Pro R. P. Hieronymo Napulioni Fid. Promotore absente:
Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

(a) *Summar.* pag. 54. §. 20., pag. 55. §. 30., pag. 57. a §. 41. ad §. 44.

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & *Canonizationis*

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

JUDICIUM PRO VERITATE

FRANCISCI ASDRUBALI

In Romano Archigymnasio Publici Obstetriciæ Lectoris. In Nosocomio S. Rocchi de Urbe ad Obstetrices Præceptoris. A Societate Medico-Chirurgica Bruxellarum.

In Accademia Chirurgo-Anatomica Perusina Socii emerit

Jussu Illmi, & Rmi D. Julii de Carpineo Sacræ Rituum Congregationis Secretarii editum

SUPER MIRACULO I.

Subitæ, perfectæque restitutionis Mammillæ cum papilla ob ulcus cancrenosum magna ex parte pridie abscissæ MAGDALENÆ DE NUNTIO

BEATISSIME PATER

Mirabilem Deum in Sanctis suis, ipsa, quæ Servorum suorum intercessione ab eodem patrata prodigia de die in diem insipientes quoque fatentur, apprime testantur; ex quo sane factum est pluries, ut qui Catholicæ Ecclesiæ detrahere non verebantur, cum Regio Psalte postea cecinerint *Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus.*

Quibus prodigiis testatam Deus voluerit VEN. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO Sanctitatem, res videtur numeris omnibus absoluta, si prodigia ipsa ejus intercessione patrata ad trutinam coram Te, *PATER SANCTISSIME* revocentur, cum tibi soli de re tanti momenti

da-

datum sit proferre judicium, ac sapientiæ tuæ oraculo rem totam definire.

1 Inopinatam mammæ portionem, eamque notabilem a Magdalenæ de Nuntio pectore abscissam, Ven. Servi Dei intercessione pectori eidem restitutam, Sanctitati tuæ proponendum censebam, quo officio meo fungerer, illud certum exploratumque habens, quod tanta re rite perpensa, ipsam humanæ naturæ vires excessisse Sapientiæ tuæ oraculo tuto definias, ipsique Alphonso Beatorum Album quam primum decernas.

2 Ab his exordior argumentis, quæ mammæ ipsius sanationem, neque artis, neque naturæ viribus, sed soli *Digito Dei* sit prorsus adscribenda.

3 Mulierum Mammæ, quemadmodum singuli de re Anatomica benemeriti norunt, cum multis vasis sanguiferis, lymphaticisque consient, comitatis a magno numero corporum glandulosorum, ac lacteorum ductuum, qui ab his dependent, cumque nervis sint divites, massa cellulari repletæ, nec non plus minusve pinguedine abundent, iisdem morbis plerumque subiiciuntur, quibus cætera organa, cæteræque humani corporis partes; hinc doctissimus SENNERTUS inquit = *multis autem morbis etiam mammæ sunt obnoxiæ* = (a). Nil igitur novi, si mammas inflammationibus, obdurationibus, suppurationibus, ipsisque gangrenis semel, iterumque vidimus obnoxias, cum causæ eædem ibi vires suas exerere conatæ sint, quæ talibus excitandis morbis idoneæ, morbos ipsos revera excitaverint. Quid mirum igitur, si morbos graves, eosque violentos in mammis ipsis observavimus, licet mulieres ubera parvulis suis neutiquam præberent, atque hoc ob solum affluxum, & detentionem sanguinis, & lymphæ: Id si pluries naturaliter accidit, tunc magis magisque timendum, cum novus humor *ad tempus* mammas adgreditur, lac scilicet, quo in statu sane nulli dubium, quin eæ jacturam omnium teterrimam sint aliquando subituræ.

4 Esto in re, de qua agitur, nulla legatur in Summario causa manifesta, quæ in mamma Magdalenæ de Nuntio abscessum produxerit, quotidiana nihilominus experientia docemur, aeris externi variationes celeres, frequentes, violentasque simul, morbosæ mammarum affectioni causam pluries præbuisse, quæ causa à lactentibus non modo negligitur, verum & lacessitur quandoque, a puerperis præsertim, in quibus locum habet major transpiratio, id unice a vana illa mammarum pompa, quam mulieribus irrationabiliter caram, boni omnes redarguunt. At fuerit, nec ne hæc causa efficiens, hoc tamen legimus in *Sum.* §. 64. = *Mi trovai gravata di dolore nella Zinna sinistra, e propriamente alla parte sinistra di quella, essendovisi veduto alzato un tumore, che mi cagionava quel dolore, e per questo si andava sempre crescendo.*

5 Hæc sane demonstrant coagmentum lactis in glandulis respectivis in data mammæ regione vere contigisse; atque exinde in vasis sanguiferis, ac lymphaticis proximis affluxum, quibus receptaculis major liquidi quantitas tunc fuit absorbenda. Obductiones hæ sunt, quibus mammæ mulierum facillime subiici compertum est quam sæpissime, tum quia, ut MUSITANUS inquit, *grandiora vasa a natura*

(a) *Pract. lib. 4. par. 3. sect. 1. pag. 716.*

tura reeeperint (a); tum verius; quod cum vires proprias in lactis separatione exerere debeant, ibi aucta est humorum circulatio.

6 Hoc semel posito, quod in parte pessime affecta, libera lactis evacuatio a glandulis impedita, cæterorumque humorum in vasis suis circumitus perturbatus, humores ipsi morbose admodum colligi in ea, debuere, ex quo utrique patientes distentionum dolor confestim locum habuit ob destructionem fibrarum, quæ nervis sunt præditæ, & tumefactio una cum loci affecti elevatione, symptomatibus comitantibus, quæ inflammationem omnino indicarunt: doloris autem exacerbatio, nec non tumoris incrementum, quod crescebat quotidie, aperte demonstrarunt tantam rei mutationem, vel ex eo necessariam duxisse vellicantem originem, *primo* quidem, quod Magdalena ipsa de Nuntio necessariam prorsus cautionem omniserit, decumbendi scilicet horizontaliter, quo affluxus humorum a læsa mamma quomodocumque arceretur hoc, ex depositione *Josephi Tozzi*, qui ait = *Si vide da me, e da tutti assai mostruosamente cresciuta e dilatata, che la paziente non la poteva contenere tra la camicia e giustacore, onde era costretta a portarla PENDOLONE da fuori* =. *Sum.* §. 31. *Secundo* vero, eo quia in tanta madefactione, irritamento, ac dolore, quem in mamma experiebatur, trium dierum spatio ea neglexerit, quæ tanto dolori alleviando idonea, natura ipsa dictitare videbatur, relinquens morbo ipsi potestatem sæviendi: legimus siquidem in *Sum.* §. 65. = *il terzo giorno dopo feci chiamare il Dottore* =, qui remedia opportuniora, illuc usque neglecta, mammæ applicanda Magdalenæ præscripsit. Tantam negligentiam alia etiam exprobrat depositio, quam legimus in *Sum.* §. 74. = *nel terzo giorno, o quarto si pensò di chiamare un Professore* =. Satis igitur superque colligitur duas serias adeo prætermissiones, morbo eidem sæviendi acrius præbuisse occasionem, promovendo scilicet ampliorem, gravioremque humorum obductionem, vi afluxus copiosioris illorum, non modo in parte organica mammæ jamdiu sic affectæ, sed etiam in cellulari, & in ea, quæ corpus respicit adiposum, quæ singula invadunt, & ipsam organicam partem circumeunt, ex quo sane ea, quæ in parte eadem ceperat inflammatio majori impetu, debuit progredi. Ad rem nostram propterea Sapientissimus CARDIEN = *quand elle est debout, les mamelles qui sont distendues & pendantes, tiraillent par leur poids les fibres nerveuses, & augmentent l' inflammation* (b). Magdalena siquidem violentum hunc tumoris progressum tunc apprime demonstravit, cum talia exhibuit cruciatus novi specimina, quibus eadem acrius erat obnoxia, eo sæviores adhoras, ut vel ipsi domus illius propinqui clamoribus Magdalenæ miseratione pluries fuerint commoti. Hujus rei argumentum suppeditant nobis verba *Annæ Calzone*, quæ inquit = *querelavasi di acerbi dolori ad una delle sue Zinne, ed io per la vicinanza ne sentivo i continui lamenti* =. *Sum.* §. 41. quod idem confirmat *Donata Negri* dum ait = *era afflitta da un dolore cagionatogli da ascesso . . . . talvolta per la vicinanza della abitazione sentivo le sue lagnanze* =. *Sum.* §. 42. Duabus jam prænotatis in Magdalena prætermissionibus, alia quoque

 addi

(a) *Oper. Omn. de morb. mul. lib. unic. cap. XVI. pag.* 494.

(b) *Trait des accouch. & des Malad. des femm. t.* 3. *pag.* 301.

addi potest causa; quæ cum aliis concurrere debuit ad mammam ipsam oppressam magis magisque exacerbandam. Quam enim jacturam patientur Mulieris ubera, statim ac mater, ea in morboso statu infantili ori semel iterumque admovere non dubitabit? Certum omnino est atque arte, experientiaque ducibus exploratum, quod permanente mamma in statu morbi, illius præsertim, qui inflammationem, aut jam manifestavit, aut saltem minitetur (sicut in Magdalena de Nuntio evenisse dubio procul asserendum) nihil esse Matri perniciosius, quam partem illam mammæ omnium delicatissimam, Papillam scilicet, infanti porrigere, partem inquiebam omnium delicatissimam; eo quia PALFINO docente cum cæteris Anatomicis = *in essa vi terminano una quantità di nervi* (a): hoc quidem jure meritoque affirmatum, cum nervi omnea, qui in mammillari substantia ramos suos dividunt, in papilla fere desinere Anatomicus oculus pluries observavit; repetita igitur irritatio in parte tot nervis referta, atque in statu morbi constituta, ideoque in majori sui sensibilitate, fatales prorsus suscitare debuit ad appulsum quemcumque obstrictiones in mammæ parte jam inflammata, in eaque humorum conflictum augere, imo paulatim humorum ipsorum, ob eorumdem moram degenerationem. Hinc QUESNEJUS (b) & LOVIS (c) ad rem nostram perbelle affirmarunt *Allorchè accadono de' strangolamenti nelle parti nervose, sono seguiti, e succedono degl' impegni ed ingorgamenti gangrenosi* =. Hoc sane vel ex eo præsertim ut prænotavit RICHTERIUS, quia = *Niente evvi che più impedisca la risoluzione, quanto i violenti dolori* (d). Cui infortunio vitando animadvertit SENNERTUS = *omnino a suctione abstinendum* = (e); nec non præcitatus GARDIEN confirmat, quod = *les depots aun seins peuvent être déterminé par les douleurs vives qui éprouvent les femmes, lorsque l'enfant prend le mammelon* (f). Dolorem siquidem exprimebat Magdalena ipsa gravissimum tunc cum papillam infantili ori admovebat, quemadmodum Vir suus testatur *Sum.* §. 74. = *Le rincresceva moltissimo dare la Zinna* =. Hæc sane sunt ejusmodi inflammationes, quibus si par medela neutiquam præbeatur, quin imo novis exponantur irritationibus, pessimam prorsus naturam fore adepturas, certum omnino est, ac plusquam exploratum.

7 Hæc, quæ usque huc in re tanti momenti sunt prænotata, abunde satis ostenderent, qua ratione inflammatio gravis, ac lactis obstrictio in mamma Magdalenæ potuerit brevi abscessus naturam induere, quomodo abscessus idem ad gangrenam quam citissime aditum habere = *può ciò avvenire*, ad rem nostram clarissimus MONTEGGIO = *per il grave disordine nell' organizzazione portata dagli effetti locali della stessa infiammazione, cioè l' ingorgamento, e l' eccessiva pienezza de' vasi, la distenzione, e la compressione de vasi, come anche de' nervi fatta dagli umori stravasati, e finalmente la rottura di molti* (g). Verum enimvero aliunde in casu nostro repe-

ten-

(a) *Anat. Chir. t. 3. pag. 3.*
(b) *Trat. della Gangren. par. 1. pag. 3.*
(c) *Dizionar. Chirurg. t. 1. pag. 92.*
(d) *Elem. di Chirurg. Vol. IV. pag. 401.*
(e) *Pract. lib. IV. sect. 2. cap. 11. pag. 763*
(f) *Tract. des accouch. & des Malad. de Fem. t. 3. pag. 297.*
(g) *Instit. Chir. part. 1. pag. 68.*

tenda est causa; quæ tanta vi, tantaque celeritate simultaneo concursu abscessus mortificationem excitaverit; at quam quærimus causam, ea lactis degenerationi dubio procul est adscribenda. Postquam hic humor ob sui moram ac inflammationem affectæ partis, a statu coagmentationis ad statum degenerationis destructive sim il, ac acide & corrosive debuit humor ipse, ut animadvertit LAGRANGE = *il s' nigrit tres-vita lorsque il a été coagulé* = (*a*) dissolvere simul & corrodere organicam glandularum texturam, ac vasorum, ubi asservabatur, sicque cum cæteris alteratis humoribus colligi In sinum illins naturæ, qualis sane est illa, quam describit *Tozzi* Summ. §. 76. dum inquit = *comparve poca materia puzzolente mista di latte*, immo *puzzolentissima*, quemadmodum Magdalena testatur *Sum.* §. 66. Cujus rei rationem luculenter exponit rei Medicæ Mæcenas Sapientissimus HYPOCRATES = *Porro*, inquit, *faciunt etiam Mammæ tubercula, & inflammationes lac ipsum putrefacientes* (*b*). SENNERTUS identidem de lacteis hisce abscessibus disserens, ex quibus semper effectus pessimi, hoc voluit prænotatum .... *multa mala parere potest mammarum tumores, infl mm tionem, dolorem, lactis concretionem, & corruptionem* (c). Nemo quandoquidem ignorabit lac ipsum, humorem esse omnium sanissimum nutritioni inter cæteros aptissimum, at norunt insimul omnes quicumque rei medicæ operam navarunt, lac idem si a naturali statu degeneret, veneni naturam induere, etsi humor idem omnium sanissimus, ac nutritioni inter cæteros aptissimus. Ita sane sentit præclarissimus ETTMULERUS, cui forsan præ cæteris tale Phænomenon exploratum = *lac*, inquit, *coagulatum, inter venena fuerit relatum* = (*d*); imo venenum adeo potens, ait TISSOT = *che giunge sino a tarlare le ossa* = (*e*). Huic sententiæ Clinici omnes assentiuntur, qui lac ipsum, si a propria natura degeneret, omnium humorum pessimum definiunt, quid si partem lædat inflammatione jam captam? Nonne de subsequenti gangrena erit prudenter pertimescendum? Lac quod a benigna sui ipsius natura recesserit, inquit BONETIUS = *si a mammis foret repercussus notabilem noxam ægris allatam, quia aliquando ipsam gangrenam in partibus inflammatis excitatam* = (*f*) & re quidem vera singulæ materiæ stagnantes, gangrenosas inflammationes plerumque producere compertum est, eo sane quia in læsis partibus vitale principium extinguunt, id evenit modo minori, nunc majori celeritate juxta majorem, minoremve materiarum stagnantium poclivitatem ad depravationem, ac putrefactionem, quod si rem ita se habere ab Chirurgica Arte docemur, illud erit concludendum, lac scilicet humorem esse degenerationi, putrefactioni, ac micidiali prorsus indoli acquirendæ inter cæteros proclivissimum.

8 Rem, de qua disserimus, expressam apprime videmus in abscessu, a quo mamma Magdalenæ fataliter nimis correpta erat, quam rem BELTRANDUS disserens de gangrena videtur explanare, inquiens = *Può derivare da umori stravasati, i quali spontaneamente si putre-*

 fan-

(*a*) *Manual. Chim. tom. 2. pag. 704.*
(*b*) *De Glandul. num. 12*
(*c*) *Pract. lib. 4. sect. 2. cap. 11. pag. 762.*
(*d*) *Oper. omn. Med. Phys. t. 1. pag. 209.*
(*e*) *Sag. sopra la Malat. ec. pag. 70. nota* (*a*)
(*f*) *Thes. Med. Pract. t. 3. lib. V. c. 27. p. 355.*

fanno, *e putrefatti estinguono la forza organica delle parti*, *che occupano*, *il che succede alli stravasamenti . . . di latte &c.* = (a). Quin imò acrimonia ipsius lactis destructiva simul & penetrans eo pluries devenit, quemadmodum prænotavit MERCATI, ut *mammas quoque exulcerat*, & *nomas sive depascentia ulcera ac serpentia infert* (b). Pessimum hunc effectum manifestatum fuisse in mamma Magdalenæ de Nuntio, probavit indoles caustica lactis degeneris, quod in abscessu colligebatur, quarta enim die non solum colorem cutis reddidit nigritantem, sicut Professor ipse curæ talis morbi addictus = *vi trovò tutti i segni di una cancrena . . . . . la cute era di un color nero* = *Sum.* §. 47. verum etiam tumoris ipsius dilacerans superficiem, orificium in ea impressit = *vedendosi essersi fatto in detto tumore una piccola apertura d' onde grondava . . . . marcia PUZZOLENTISSIMA . . . . con vedersi anche ANNEGRITA LA CARNE NEL PETTO d' onde scaturiva quella poca materia* = *Sum.* §. 66. prænuntians evidenter fætido hoc odore, & carne jam nigritante, illud idem, quod abscessus celabat, manifestam scilicet humidamque gangrenam.

9 Hisce usque huc expositis observationibus, novum robur addetur ad causam intelligendam, qua quatuor dierum spatio abscessus, quo angebatur Magdalena de Nuntio in mamma sinistra, verum gangrenæ characterem manifestavit; ad novum igitur examen revocatur sollicitus inopinatusque effluxus sanguinis, ac humorum, qui sistema vasorum mammæ tunc perturbare aggressi sunt: præ cæteris vero lactis coagmentatio in respectivis glandulis, & singula hæc properata non modo, imo aucta, vel maxime ab excessivo dolore, ab onere voluminosæ pendentis mammæ, a defectu idonei auxilii per tres & amplius dies, & ab inconsiderata nimis admotione papillæ ad os infantis; status item inflammatorius præ oculis paulisper habeatur, qui veluti sua sponte excitari debuit, fierique violentior ob causas recensitas; peculiari vero modo ratio erit habenda degenerationi lactis ad statum vere acrimoniæ, quam magis magisque caustica effecere, tum mora diuturnior in abscessu, tum calor præter-naturalis, qui mammæ portionem jam pessime affectam dire adeo vexabat, hisque singulis rite, recteque perpensis, non erit difficile intelligere, quomodo complexus, & conjunctio causarum natura sua destruentium in organo tanta sensibilitate prædito, totque nervis referto, omnimodam cessationem circuli ac vitalitatis in organica læsæ mammæ parte, imperiose veluti produxerint, & quatuor circiter dierum spatio gangrenosa sua labe mammam ipsam affecerit. Res tanti ponderis ab admiratione sui nos cito revocabit statim ac doctissimo QUESNEJO fidem habebimus, qui post repetita in hanc rem ab ipso experimento, in suo de Gangrena Tractatu inquit = *che vi sono delle infiammazioni*, *le quali dichiaransi in un subito coll' estenzione vitale* = (c); imo addit Clinicus BELL . . . . *e con tal gagliardia*, *che vi prende piede la cancrena ad onta di tutti i rimedj . . . . e che anzi è così fulmineo il suo attacco*, *che appena si può dal tutto discernere questo stato inflammatorio*, *se pria non appaja il principio della mortificazione*. (d)

Si

(a) *Oper. Anat. Chir.* t. 1. pag. 165.
(b) *De Mul. affect.* lib. 4. cap. 18. pag. 526.
(c) *Tratt. delle Gangr.* p. 169.
(d) *Tratt. delle Piaghe* pag. 60.

10 Si igitur tot, tantique de hac re optime meriti viri pluries observarunt, inflammationes adeo graves excitari, easque fini omnium miserrimo semel iterumque fuisse obnoxias, easque id quam celerrime ob solum sanguinis obductum, neutiquam vero vi affluxus cujuscumque, licet proximi humoris, sicut patet ex eorum contextibus; potiori jure non erit, cur de inflammatione, quæ in mamma Magdalenæ accidit, a causis eisdem prodita amplius dubitemus, statim ac in ea, & sanguinis obductio, & caustica lactis degeneratio locum habuerint, ceu causæ tali morbo excitando omnium potentissimæ, ex quibus sane postmodum celerrimus gangrenosus abscessus.

11 Ex his, quæ hucusque variis locis præcipue adnotavimus, illud sane compertum est, abscessum scilicet in læva Magdalenæ mamma efformatum, indolem exhibuisse omnino gangrenosam. Verum quod nos artis præceptis innixi affirmabamus, apprime confirmat Excellentissimus Doctor *de Nuntio*, sicut Physicus alter *Joannes Baptista Orlando* testatur = *aperta la parte cogli stromenti proprj ....: e proseguendo la cura, nel decorso vide che la piaga aveva i veri caratteri di una gangrena* Summ. §. 37. hoc sane testatæ sunt etiam *Anna Calzone* Summ. §. 2. quæ ait *tagliò una porzione di carne .... quella che era annegrita*, & *Donata Negri* dum inquit = *una notabil porzione di carne* Summar. §. 14. Si quid ergo apparuit extra abscessum *di color negro*, id sane prænuntiabat maximum illud, quod Physicus curæ deputatus observavit postea in intimo abscessus hujusmodi; comperiit sane clarissimus Vir, damnum omnium gravissimum, quod mora & detentio acrium, causticorumque humorum produxerat, tam in basi, quam in circumambitu aperti tumoris, idest mortificationem gangrenosam. Talis ulceris aspectus nonne debebat Physici ipsius admirationem excitare, atque eventum infelicissimum ipsimet polliceri; hoc vel ex eo magis, quia ut primum tetigit labia abscessus aperti, quo experiretur sensu, nec ne carerent = *era la parte senza sensazione, e mandava una sonia di color negro* Summar. §. 38. Hoc posito experimento, illud sane comperire debuit, quod doctissimus VANSWIETEN. prænotatum reliquit, idest *lividitas autem* (ulceris) *& negritudo veram jam mortificationem indicant: adeoque pro pessimis signis hæ merito in morbis habentur* (a).

12 Verum enimvero, illud in re tanta est animadvertendum, quod licet Physicus morbi hujus curationi addictus consilium cæpisset corruptam partem a viva secernendi=*con tuttoquesto.. . sempre più profondava e serpeggiava per la sostanza della mammella* Summ. §. 38. Hæc sane demonstrabant evidentissime, qua feroci indole foret acre illud, quod tumorem in mamma præoccupabat, quosque tractu temporis parere poterat effectus in sui dilatione. Hu mores revera in mortuis carnibus detentos, quemadmodum non tuetur actio vasis adversus putrefactionem, ita iidem depravationis indolem magis magisque acquirunt, ex quo contingit, ut degenerantes in statum acrimoniæ, & malignitatis perniciosæ, veluti incendium ad carnes proximum propagatur, constituens in ipsis gangrenam depascentem. Hæc & his majora animadvertit clarissimus MONTEGGIA = *i gas allora si sviluppano, costituiscono una specie di contoggio, per cui*

 la

(a) *Comm. in Boerh.* §.432.

la cancrena dia in progresso quasi l' alimento a se stessa per la diffusione del principio cancrenoso al.e parti vicine (a). Rerum incremento adeo tristi, contactus externi aeris addatur, cui mamma necessario vix aperto abscessu fuit exponenda. Aer sane externus, ceu ulcerum hostis potentissimus, cum ulcus reperiisset, quo Magdalenæ mamma afficiebatur, non modo inclinatum; verum etiam mortificatum, contactus illius sævire debuit, eo magis in cumulum pessimorum humorum, quæ mammam occupabant, illos reddens putridiores, in corpore præsertim adiposo, quo mamma abundat; quod quidem, ut ait LOUIS *facilmente si corrompe sopratutto, quando l' aria ha qualche accesso nella parte* (b). Est nihilominus hic animadvertendum, gangrenam illam, quæ Magdalenæ mammam aggressa fuerat, eo quia in motu erat aliqua ex parte, causa lactis separandi validior esse debuit, atque velocior in suo progressu; docemur enim a consumata experientia, quod cum mortificationes humidas partes aggrediuntur, funestum omnino habent effectum, hunc vero vi perennis humorum affluxus: asserit ea propter doctissimus SENNERTUS . . . *gangrenæ periculosiores, quæ in partibus humidis incipiunt* (c). Non est igitur ullus dubitationi locus, quin morbus, quo Magdalenæ mamma afficiebatur, ex illis fuerit, cui par medela humanæ vires præbere neutiquam valent, ceu ille, ex quo ob congressum causarum pessime omnino natura gangrena ipsa ad statum talis sphaceli pertransit quam facilime = *in gangrena*, scribit VAN-SWIETEN, *tanto magis discrimen, quo citius hæc proserpserit: idem & in sphacelo verum est* (d).

13 Hisce semel positis, quæ Magdalenæ mammam sic affectam ostendunt, nulli mirum, quod Summ. §. §. 68. 78. exhibet luctuose nimis; idest tali velocitate gangrenam fuisse progressam, ut unius diei spatio tribus recisionibus Magdalenæ mamma fuerit obnoxia, summo mane scilicet, circa meridiem, tandem de sero, abscissa ex totidem *una notabile porzione di carne morta* Summar. §.14. quid quod? adversus etiam celere adeo subsidium, vi quoque secretionis partis cujuscumque a gangrena affectæ a parte viva, nova excrevit *più annegrita*, ita ut post ultimam recisionem = *andandola a visitare, nella visita del giorno vespertina ritrovò, che di nuovo la cancrena depasceva la detta mammella, per cui la lasciò senza curare, credendola non capace di più cura Summar.* §§. 39. & 40. Ulcus igitur a gangrena effectum progrediebatur citius, quam Physici curantis recisio progrederetur. At talis naturæ gangrenæ quæ medela? quod levamen? quod Chirurgorum studium morbo reparando, cui impar ipsamet natura? cui læthum prorsus inevitabile? Si vis humoribus pessimis, irritantibusve devastandis omnium aptissima, illis præsertim, quæ mammam dire adeo vexare non desistebant, eadem eo usque devenit, ut unius diei spatio substantiam illius, licet ter e vivo a sui medietate recisam humiliaverit; quid successivis diebus contigisset incedente gangrena tali rapiditate, si

Mag-

(a) *Istituz. Chirurg. Part. 1. pag. 62. num. 121.*

(b) *Dizionar. Chir. Tom. 1. pag. 91.*

(c) *Tract. lib. 5. Part. 2. cap. XIX.*

(d) *Comm. in Boerh. aph. §. 431.*

Magdalenæ deNuntio vis divina instantaneo prodigio presto non fuisset? haud difficile hoc erit intellectu, cuicumque si in arte hospes non sit. Quandoqnidem non modo mamma sic affecta ad sphaceli statum transivisset, verum etiam pectorales musculi, imo costæ subjectæ corruptioni fuissent quam citissime obnoxiæ; ex quo postea, ob propinquitatem cavitatis ubi vitaila organa custodiuntur, mors inevitabilis.

14 Usque dum gangrena a partibus, quæ in statu sanitatis sunt constitutæ non sit perfecte disjuncta, imo omnino separata, quicumque sit ille, qui fatali morbo fuerit correptus, ab extremo periculo immunis, haud debet censeri. Hæc sane benefica disjunctio nunquam apparuit in mamma Magdalenæ, imo quamvis Professor curæ addictus ultra medietatem illius, *Josepho Tozzi Summ.* §.24. præsente, rescindere non dubitasset, gangrena eadem deteriorem semper statum manifestavit; quod si medela cælestis Magdalenæ presto non fuisset, nonnisi fato extremo ipsi erat occurrendum, vel ex eo præsertim, quod pars subtilior veneficum depascentem humorem, qui gangrenam fovebat, facilius absorbuisset, quique humor probabilius vires suas exercere cæperat, dum humor ipse veneficus pectoris cavitatem magis magisque obtinebat? Rem peritissimus doctor de Nuntio apprime declarat, dum ait = *sempre più profondava, e serpeggiava per la sostanza della mammella Summor.* §. 38. Hanc viri peritissimi observationem confirmant celeberrimus VAN-SWIETEN, dum censet notandum . . . *unde facilis erit resorptio illius putrefacti per venas, a qua pessima mala oriri possunt* (a): dein MONTEGGIA Clarissimus dum scripsit = *l'assorbimento dell'umor cancrenoso, l'azione del quale è alle volte così deleterio, che arriva ad estinguere le forze vitali, e cagionare la morte, prima che la cancrena abbia fatto gran guasto* (b).

15 Hæc omnia Professori curæ addicto fuere in propatulo, dum tantum perspiceret gangrenæ progressum in mamma Magdalenæ, vel ex eo præsertim quia validiora auxilia, eaque efficaciora irrita prorsus experiebatur, ipsique Magdalenæ vires quotidie deesse, quod quidem Magdalena ratum habuit, dum ait Josepho Tozzi = *che era disperato assolutamente il caso della guarigione . . . anche che venissero a medicarla tutti i Periti del mondo Summar.* §. 25. hoc idem præ ceteris confirmat Magdalena = *che si vedeva disperata di vita Summar.* §. 25. hinc necesse fuit Physicum de Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis recipiendis, Magdalenam fuisse hortatum; sicut confestim eadem fuit exequuta *Summar.* §§.25. & 40.

16 Si igitur gangrena, qua Magdalenæ mamma afficiebatur teterrimam omnium naturam induerat, imo si paulo ante prodigium non adhuc dilatationis vel profunditatis gradus cæteros obtinuerat, quibus tamen obnoxia certo certius fuisset, ratio ipsa, experientia, ac Physicorum omnium auctoritas illud definitive demostrabunt, gangrenam ipsam non modo difficillimam exquisivisse curam, verum, & cura ipsa adhibita futuram semper omnino insanabilem.

17 Magdalena eadem, cui fatalis gangrena sinistram mammam aggressa fue-

A 5

(a) *Comm. in Boerh.* §. 435.

(b) *Instit.Chirurg. part.1.pag.* 63. n 1234.

fuerat, & quidem indolis adeo perniciosæ, ita ut remedia efficaciora atque obstacula decisiva prorsus pessumdare non dubitaverit, ad eum usque statum deducta, ut nonnisi sanctissima Ecclesiæ Sacramenta ad unicum animæ solamen remanerent, eadem inquam ad sacras Ven. Alphonsi exuvias contactas, paucis ab illinc horis gangrenam ipsam, & gangrenæ effectus fatales adeo prorsus ignoraverit. Animadvertimus quidem Magdalenam (sicut testatur Donata Negri) in sinistra mamma tantam passam fuisse jacturam, ita ut Chirurgus = *con un taglio cacciò fuori il caporello con una notabile porzione di carne morta, che fu portata nel Cimiterio Sum.* §. 14. eademque ratione patet ob rapidum gangrenæ progressum duas itidem recisiones fuisse repetitas, quarum vi, deponit Joseph Tozzi = *viddi con i miei occhi, che ne recisse più della metà Summar.* §. 24. Ex quibus depositionibus liquet ulteriorem hanc recisionem mammæ maximi fuisse momenti; non enim sermonem hic habent de papilla, quæ in recisione priori debuit amputari, quemadmodum testatur *Donata Negri*, *Josepho Tozzi* absente, tum quia Chirurgus *Josepho* ipsi, non autem *Donatæ* post recisionem inquit = *che era disperato assolutamente il caso*. Mamma igitur sic affecta, quæque ob gangrenam vastatricem, & vi trium recisionum plusquam sui medietatem ammiserat, ac consequenter singulæ glandulæ in ea desiderabantur, quæ lac reddunt depuratum una cum respectivis ductibus lactiferis, imo ipsa papilla, in qua vasa hæc desinere compertum est. Post tantam jacturam, testatur *Anna Calzone* Magdalenam postero die = *sfasciata e scoperta la Zinna .... cascata una scoria nera, restò la Zinna bianca, intera, ed al pari dell' altra Summar.* §. 5. quod idem comperit *Donata Negri*, prout ex depositione ejusdem = *la Zinna ridotta al medesimo stato dell' altra mammella Summ.* §. 18. Mulieres eædem testantur præterea §. 6.& 19. una cum *Josepho Tozzi Summar.* §. 30 & Magdalenæ ipsius Viro §. 87. quod apparente iterum papilla, potuit illa commode, & cum lactis abundantia ori infantili papillam ipsam admovere. Res extra naturæ limites prætergressa, imo prodigium dexteræ Omnipotentis efficit dubio procul, ut quicumque de re Medica, vel Chirurgica benemeritus conclamet nunc illud idem, quod Adspectoribus illis felicissimis rei ejusdem clamare datum fuit *Miracolo*, *Miracolo*. Qui sane vel ab ipsis Chirurgiæ facultatis incunabulis ad hæc usque tempora aut audivit, aut vidit, aut potuit in animum inducere humanis corporis Organum, penitus in machina ipsa destructum, sponte sua ad priores functiones iterum redire, iterumque eas posse peragere? Certum quin imo, atque extra dubitationis aleam positum (norunt omnes seculorum experientia duce) Organum, quod vel gangrena devastavit, vel Chirurgica manus amputavit, neque naturalem structuram adipisci, nec priori amplius fungi posse officio. Quid ni? An manum amputatam arripere gladium, aut pedem rescissum operam dare choræis, vel mens sana poterit suspicari, imo vel delirus ipse somniare? Sapientissimus siquidem corporeæ molis artifex, mirabile hoc ædificium fabrefecit ita, ut quæcumque vel minima ipsius pars quomodocumque periisset, ejusdem reproductionem, neque arti, neque naturæ concesserit, sed soli ipsius omnipotentiæ reservaverit. Optime quocirca in hanc rem adnotatum voluit celeberrimus BELL =*mai si supponga la vera rigenerazione delle sostanze muscolari, e delle* ni-

altre parti organiche, quando nelle ferite, o nelle piaghe sono state distrutte (a).

18 Verum ad rem nostram iterum. Anatomicus quilibet seu Physiologicus hoc ratum habent, lac a sanguine neutiquam separari dempto vehiculo glandularum mammillarum, infantem mammillæ os suum absque papilla non posse admovere, nec ad papillam ipsam lac absque ductibus lactiferis posse pervenire = *abscessus mammarum*, = sic præclarissimus ASTRUC, *qui papillam afficit, ejusdem basin corrodendo, papillam separat, ita aut amplius nequeat Altrices ex ea parte lac præbere* (b). Huic subscribere non dubitant MORICEAU (c), BONETI (d), & DE LE BOE SILVII, imo postremus hic inquit = *nulli fieri potest lactatio quando desunt papillæ* (e).

19 Hisce sane positis certissimis principiis. Si mammam Magdalenæ gangrena intime corroserat, repetitæ vero recisiones abstulerant glandulas, lacteos ductus, & ipsam papillam; si neque naturæ, neque arti vires pares malo huic reparando, qua ratione, quibusve mediis potuit Magdalena lac parvulo præbere? Illi soli hoc reservatum, *qui producit mel de petra, oleumque de saxo durissimo*, ut cecinit *Regius Psaltes*. Medicus ille cælestis mammæ formam priorem restituit, ille partes organicas de morte revocavit ad vitam, & functionibus propriis reddidit aptissimas, & ad Servi sui Alphonsi de Ligorio sanctitatem probaudam linguas Testium, qui tanto adfuere prodigio fecit disertas.

20 Res videretur numeris omnibus absoluta; tantum enim portentum, qui iret inficias, celeberrimis ipsis non modo Medicæ, vel Chirurgicæ facultatis, verum & rationis theorematibus prius foret ei valde dicendum: at lucem addamus meridie. Non indicat Magdalena in sua depositione peculiariter quantitatem mammæ cum papilla recisæ: Esto hoc: quæ tamen asserit in hac re, ea idem quod Chirurgus & testes deponunt omnimode comprobant; rem propius attingamus. Queritur pluries Magdalena de abscessu, eo quia fecisset *un seno profondo Summar.* §.65. & quod *la materia non si estrinsecava* non obstante recisione, quam passa erat in mamma, *e così facendo seno più profondo Summ.* §. 67. ac præterea illud ponit pro certo passam fuisse in mamma eadem *replicati tagli Summ.* §.46. Hoc igitur posito, si morbus interiorem mammæ partem labefactaverat, & sinum profundum effecerat, Chirurgus cæteroquin *avendo trovata la parte più annegrita Summar.* §.67. tunc cum ea exequutus est, quæ ab arte in hisce casibus præscribuntur, instrumentum suum eo usque protrahere debuit, quo recisionem faceret profundiorem, ita ut mortua caro a vivo sejungeretur; sicut revera se gessit, teste *Josepho Tozzi*, qui vidit *la mammella . . . negra e mortificata* NEL GRAN TAGLIO PROFONDO Summ. §. 32. Quæ quidem omnia effectum suum neutiquam sortita fuissent, quin repetitis recisionibus notabilem prorsus portionem mammæ penitus abstulisset, id quod revera Magdalena eadem confirmat, dum inquit, quod *avendone osserva-*

ta

(a) *Trattato delle Piaghe pag.* 113

(b) *De morb. Mulier pars alter. lib.*4. *cap.*5 *pag.*149.

(c) *Oper. Med. Chir. T.*1. *lib.* 3. *pag.* 318.

(d) *Thesaur. Medic. Prat. Tom.*3. *lib.*5. *cap. XXVII. pag.* 375.

(e) *Prax. Med. lib.*2. *cap. XII. num.* 16.

ta altra parte mortificata ; PROSEGUI' IL TAGLIO INCOMINCIATO , *arrivando al vivo* . . . *della sponga della Zinna Summ.* §. 56. Dum igitur asserit Magdalena , Chirurgum continuasse recisionem usque ad vivum spongiæ ipsius mammæ , quo putrefactam carnem evelleret , illud quidem comprobat aliam scilicet portionem fuisse antecedenter recisam , atque ideo ex repetitis recisionibus notabilem mammæ portionem jam pridem ammisisse , hoc etiam erui potest ex modo , quo Chirurgus idem se gessit , dum in recidenda mammæ portione , papillam quoque recidit . Hasce vero portiones commisisse Cæmeterio §. 2. & 14. , qui christianæ pietatis actus tunc locum habet , cum pars humani corporis notabilis e corpore ipso abscinditur. Res iterum confirmatur . Fatetur Magdalena clarioribus verbis tumorem locum habuisse = *propriamente nella parte sinistra Sum.* §.64. Certe ipsius mammæ neutiquam immediate sub papilla . Si igitur Chirurgus *nel gran taglio profondo* papillam quoque comprehendit , gangrena , quæ a sinistra mammæ parte , in qua fuit sedes abscessus , ad anteriorem partem protrahebatur , in qua papilla propriam habet sedem , gangrenosa portio rescissa repetitis ictibus notabilis omnino esse debuit. Non poterat meliori modo Magdalena implicite exponere illud idem , quod Testes oculares , qui sequuntur nos edocent . Deponit *Donata Negri* se observasse = *che col taglio cacciò fuoi il Caporello con una NOTABILE PORZIONE di carne morta , che fu gettata al Cimiterio . Summ.* §. 14. *Joseph Tozzi* , inquit= *recise PIU' DELLA META' della Zinna Summar.* §. 25. Doctor itidem *Georgeus de Nuntio* , *Joannem Baptistam Orlando* doctorem pariter Physicum fecit certiorem , quod *fu costretto a recidere* UNA BUONA PORZIONE *della mammella* Sum. §. 39. Vir tandem Ægræ Magdalenæ testatur *restando così recisa* QUASI TUTTA LA MAMMELLA *Sum.* §.79. Notabilis igitur recisionum extentio non modo , verum etiam earum profunditas satis superque ostendunt , quæ in causa fuere, cur præcitatus *Physicus Orlandus* plusquam mammæ medietatem in Magdalena amputavit .

21 Ad rem nunc propius accedamus , quo repentina sanatio mammæ ab dira adeo gangrena affectæ,quæ quamvis resecata *più della metà della Zinna* , corrodebat adhuc , & in corrosione sinum efficiebat profundiorem , repentina, inquam, sanatio digito Dei prorsus adscribatur . Hora diei vigesima tertia Physicus curæ addictus Magdalenam ægram in eo statu reliquit , ut de infirmæ ipsius sanitate desperaverit *Sum.* §. 3., & 51. : At postero illucescente die hora circiter duodecima , dum fætido ulceri manum admovere contendit , organicæ singulæ mammæ partes , perfectam incolumitatem præseferunt (mirabile dictu) Omnipotentis dexteram Magdalena prius experitur , quam Physicus mammam intueatur , hora , quam prænotavimus circiter duodecima ; nocte siquidem medium iter agente expergefacta Magdalena , cui placidus sopor dolorem lenierat , hæc asserit prodigio ostendendo accomodata *circa la mezza notte m' intesi libera dal dolore e spasimo , che avevo sofferto , il che stimai un miracolo Sum.* §.57. Heic sane Physico cuilibet utcumque in Arte perito obmutescendum , tunc cum rem intuetur , quæ naturæ limites omnino est prætergressa , quam quidem venerabundus excipiens Davidicum oraculum rectissime poterit ipsemet præcinere = *Benedictus*

Deus

Deus, qui facit mirabilia magna solus. At mirabilia eadem humana ratio dignoscit non modo, verum etiam confirmat. Consulamus sane universam Facultatem Chirurgicam ad terminos illius remotiores, atque a Clinicis quibuslibet celebrioribus exquiramus, quantum temporis natura, cui ars præstet auxilium exposcat, ad hoc ut gangrena a proprio statu recedens, incolumitatem ægro restituat, diversa isti stadia unanimiter præsignabunt; erunt autem, quæ sequuntur: I. gangrenæ progressum primitus præfinire, II. promovere inde suppurationem, validis assiduisque suppurantibus, quo natura vivas partes a mortuis valeat separare; III. postquam autem pars gangrenosa ceciderit, ulcus abstergere, quod nihilo secius sordidum semper remanet, atque vitiatum; IV. hæc postquam ars præstiterit nil alind expectandum præter optimæ carnis reproductionem; V. quæ omnia ita contigisse cicatrix demum demonstret. Verum singula descripta operationum stadia, vel natura ipsa, vel ars, quæ tempore eodem operatur in illis partem habuerint, plurimarum spatium hebdomadarum videntur exquirere, ita ut quinque illa stadia invicem sibi succedentia, etsi res feliciter progrediatur, non unius quidem, sed alterius alteriusque itidem mensium spatium erit necessarium ad cicatricem in ulcere ipso observandum.

22 Hoc semel posito, qua ratione, quo medio, aut qua via omnium novissima talia necessaria prorsus ac successiva stadia curæ in gangrena, in mamma Magdalenæ effectum habuere felicissimum tractu temporis omnium brevissimo, utpote horarum, in quo ne primum quidem stadium fuerat prænotatum? quodque est deterius, sæviente adhuc e contra morbo, cui potius quam aliquam præbere medelam, qua gangrenæ ulterior progressus impediretur, fuit a Peritis in arte vale dictum? Non est revera, cur in hac re testes ulteriores requiramus cum Magdalenam, et rem eamdem absolvat = *ritornato lo stesso Medico Chirurgico la sera dello stesso giorno, ed avendo trovata la parte più mortificata, protestò, che non vi era più riparo; e così senza altra operazione* MI ABBANDONO' Summ. §.56. Instantaneam ergo sanationem, quam tot comitantur prodigia a morbo penitus micidiali, non naturæ quam imparem demonstravimus, nec arti ullo modo adscribenda, cui quidem tantæ rei perficiendæ, nonnisi tempus constitutum fuerat insumendum; in quo ut stadia descripta proprio munere functa fuissent, fiducia de sanatione inutilis fuisset omnino. Esto autem mamma Magdalenæ sic affecta auxiliis artibus futura foret obnoxia, nec non stadium tertium obtinuisset, idest solum ulcus abstergendum; nihilominus, pars miseræ adeo affecta incolumitatis statum perfectum adipisci, hac de causa nonnisi post longum tempus potuisset, imo res tanto difficilior, quanto humoris lactei affluxus assiduus in puerpera præsertim a diebus quindecim, quo tempore natura nil aliud præstare videtur majori stadio, quam mammas humoribus ditescere; inquit enim MUSITANUS = *in mammarum fovea, & ulcere fœmina sit puerpera vel lactans, antequam lac absumatur, vel sanguinis motus ad mammas sistatur, non facile, & satis feliciter curari possunt*; imo inquit inferius *difficillimæ sunt curationis* (a), eo quia abscessus lactei; subdit *RICHTER danno alle volte motivo alla formazione di ulcere osti-*

(a) *De Vlcerib. cap. XLVI. pag. 218.*

ostinate , le quali alcune acquistano un assai maligno carattere , e resistono per molto tempo a qualunque trattamento (a). Ex his , quæ usque huc observavimus , illud demonstrative liquet , quod scilicet Magdalenæ mamma a gangrena pessimæ adeo indolis affecta, ad naturalem sanitatis statum neutiquam potuisse redire , nisi repentino prodigio dexteræ Numinis benefici , qui mirabilis est in Sanctis suis, quo Ven. Servi sui Alphonsi de Ligorio Sanctitatem testatam faceret .

23 At prodigium ipsum nova adhuc argumenta confirmant : narrant siquidem *Anna Calzone, & Donata Negri*, quod postera die , imo summo mane , mamma integumentis externis exuta reperta fuit *al medesimo stato dell' altra* Summ. §. 18. *bianca intera, ed al pari dell' altra non patita, e perfettamente sanata* Summ. §. 5. *con nessun vestigio di male*. Sum. §. 9., & 20. Observata unice , sicut inquit *Doctor de Nuntio* una *cicatrice con particolarità , che la cicatrice suddetta era piccolissima a proporzione della piaga* Summ. §. 41. At constans cæteroquin & repetita nos docet experientia , quod in quocumque ulcere , in quo contigerit notabilis ammissio substantiæ , præsertim organicæ , in perfecta sui sanatione non solum organum remanere informe , verum peculiari modo cicatricem inæqualem effossam , quandoque vero monstruosam , ea potissimum ratione, quemadmodum prænotavimus , quod humani corporis partes tunc cum rescinduntur , aut veluti e radice destruuntur vi morbi alicujus , qui eas acriter depavit , priorem statum neutiquam possunt acquirere ; atque ideo licet carnem induant iterum , carnis defectum, quem olim passa fuerat , in cicatrice perpetuo ostendunt .

24 At poterat, nec ne Magdalenæ mamma ammissam iterum adipisci rotunditatem , & alterius volumen exhibere , eo quia benefica natura prodiga fuisset carni reproducendæ ? sit sane hoc naturæ ipsi tributum ; qui felix ex hoc effectus ? Caro inorganica omnino in mamma , nunquam reproductio vel glandularum vel ductuum , quos appellant lactiferos , vel papillæ , quæ singula manus Chirurgica jampridem amputaverat , cum naturæ ipsi datum sit conservare , quoad potest , quæ habet , verum quod amisit reproducere prorsus illi denegatur ; relate ad mammam SENNERTUS idem confirmat = *cum papilla quæ . . . . vel ulcere absumpta est, nullo modo restitui possit* (b) . Illud igitur est consequens , quod cum Magdalenæ mammæ, plusquam sui medietatem in recisione amiserit , majorem , etiam glandulosæ partis molem periisse necesse fuit , & cum ea simul lactiferos ductus una cum papilla , in qua colliguntur , pinguedinem simul & integumenta,quibus partibus constant mammæ ejusdem moles, & regulare emisphærium ; hisce autem positis , sphæricam sui constitutionem debuit amittere , non vero *intera al pari dell' altra* , at irregulariter , depressam , nec non in maxima sui deterioritate se exhibere , illud vero robur rei nostræ addit vel maximum , quod cicatricem non modo informem , at profundam , & latam mamma Magdalenæ debebat præseferre , neutiquam *piccolissima* sicut non absque stupore intuitus est illam Physicus *Doctor Joannes Baptista Orlando* , qui tanto magis portentum hocce est demiratus , quanto optime prænoscebat, quæ anteriori die in mamma eadem fuisset operatus Sum.

(a) *Elem. de Chir. vol.IV. pag.*404.

(b) *Pract. lib.4. cap.*11. *pag.*760.

Sum. pag. 8. quo circa beneficentissimi Numinis Omnipotentem virtutem, & ipse veneratus exclamavit *Miracolo* Sum. §.19. Res adhuc ultro progreditur. Septennio elapso Physicus Doctor *Antonius Tidei* eamdem intuitus est cicatricem *appianata,* ceu *fosse stata affetta* (mamma) *da una Apostema in detto luogo* Sum. §. 89. in eo igitur statu, in quo esset mamma, quæ a morbo levioris momenti fuisset affecta. Idem contigit *Josepho Viparelli* pariter Physico epoca eadem permanente, qui postquam mammam visitasset, atque a Magdalena accepisset *più adattate Cerusiche operazioni per una gangrena sopravenuta* Sum. §. 90. ipse quoque obstupescens (quemadmodum quilibet obstupuisset) obmutuit potius quam causam adducere, qua scilicet post tantum exitium, eadem mamma reperiretur *così sana, che sembra* (inquit) *non essere stata giammai attaccata da un tanto serissimo morbo, a riserva di un segno di appianata cicatrice* Sum. §. 90.

25 Rem ulteriori expositione non indigere, quæ hucusque a nobis adducta fuere argumenta apprime demonstrant; at quo nubecula quæcumque a luce recedat, lux autem radios liberius emittat, quid de re eadem celebriores senserint facultatis nostræ Præceptores fas erit enucleare. Doctissimus ASTRUC licet non de gangrena disserat, quæ notabilem mammæ portionem consumpserit, verum de abscessu tantummodo, hæc habet de cicatrice, quam tumor ipse relinquit: *Abscessu mammarum, præsertim cum magnus & profundus evadat, vacuum relinquit, quo inelegantem cicatricem gignit* (a), & nonnullis interjectis sequitur, *deformemque cicatricem producere.* Quod si post solum abscessum cicatrix rudis, irregularis, imo deformis celeberrimo hoc viro teste, necessario supponenda, quid post gangrenam omnium teterrimam, quæ ceu ignis consumens vastavit radicitus, imo tradidit extremo malorum plusquam medietatem mammæ, in mamma ipsa, illimet, qui gaudentes sanatam viderunt, miserando prorsus oculo aspexissent? Audiamus tandem VAN SWIETEN pariter celebratissimum de cicatrice magis minusve irregulari, quamvis de vulnere tantum, neutiquam de gangrena loquatur, quæ affectæ partis statum constituit: *ubi vero magis cutis portio ablata est, vel multum subjectæ membranæ pinguedinosæ consumptum fuerit per suppurationem, tunc apparebit locus vulneris non magis depressus, quam vicina cutis* (b).

26 Hæc tandem pro coronide. Quæ hucusque allata sunt, illud luculentissime demonstrant repentinam sanationem mammæ in Magdalena de Nuntio naturalibus viribus nullo modo esse adscribendam; quid igitur impediet, quominus unico Dei digito eamdem tribuamus? Colligamus sane, quæ fusiori stylo pertractabamus, remque habebimus in propatulo. Mammam, quam post solis occasum gangrena omnium pessima adhuc corrodebat; postero vix illucescente die unicam eamque minimam cicatricem exhibuit. Recisiones repetitæ plusquam mammæ medietatem a mamma integra secreverant, remanente ulcere *negra* vespere eodem; summo mane album colorem, & integritatem perfectam exhibuit, molemque alteri mammæ prorsus æqualem. In mamma eadem ad tempus recensitum, realis apparebat

(a) *Tract. de morb. Mulier. Part altera pag.* 149.

(b) *Comm. in Her. Boerhav. T.*1. §. 158.

rebat destructio omnium fere glandularum mammillarum, lactiferorum ductuum, papillæ quoque; orto vix sole reperitur mamma lacte onerosa, atque ipsa papilla functiones suas peragente. Eodem tandem labente die Chirurgus Magdalenam Ægram derelinquit de illius sanitate ita desperans, ut quoscumque artis conatus irritos futuros fore arbitraretur; expergefacta Magdalena nocte vix media, nullum deinceps languorem experitur, dolores cruciatusque dirissimos, quibus angebatur, ignorans omnino; quod vero rem tantam numeris omnibus definit absolutam, illud est certo certius, quod tradita mamma aut naturæ viribus, aut Chirurgiæ artis auxilio, ab iisdem sanationem perfectam præstolatura, ex natura & ars plurimorum mensium spatio ad opus perficiendum indiguissent, quod si perfecissent, mamma in tali inertiæ statu dubio procul reliquissent, ceu organum prorsus inutile, & lacti separando & papillæ infantili ori admovendæ impar perpetuo mamma eadem fuisset futura. Quid de opere, cui perficiendo, & ars & natura certas, easque diutinas leges præfiniere cæteroquin brevi horarum intervallo apprime completum? At Magdalenam nuper gangrenæ in mamma obnoxiam, quam natura derelinqueret, cui artis auxilio irrita omnino de instantanea sanatione lætam ac Matris officia peragentem, facta ipsa demonstrent.

27 Quo tandem in re omnium gravissima nil queat desiderari, illud fas sit iterum explanare, quod ad testes, qui eamdem confirmant videtur attinere, cum *in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum*. Papillæ igitur omnimodam recisionem a pectore Magdalenæ de Nuntio testantur primum *Donata Negri* §.14. *Joseph Tozzi* §.24. *Doctor Georgeus de Nuntio per Chirurgum Joannem Baptistam Orlando* §. 39. *Franciscus Tozzi* præterea *Vir Magdalenæ* §. 79. Esto hæc assertio implicita, at quæ asserit *Anna Calzone*, explicite nimis rem eamdem demonstrant= *Tagliò una porzione di carne* (en verba ipsius) *nella Zinna, e propriamente quella che era annegrita col caporello* §.2. Cui dubium post hæc, quin gangrena papillam depavisset, quin Chirurgus ipse tum cum partem mortuam a viva separavit, nigritantem papillam omnino reciserit? Hoc vero posito, illud quoque erit affirmandum, quod si massa glandulosa, si mammæ spongia, si ductus lactiferi a gangrena tam dira fuere destructi, sicut revera *num.*7. 17., & 18. ostensum remanet, partes hujusmodi chirurgicæ recisioni repetito fuisse obnoxias. Glandulæ revera, ductusque lactiferi, debuerunt penitus destrui, eo quia in interiori mammæ, gangrena vires suas exercere debuit, ibique glandulosum complexum non modo in latere sinistro, in quo ortum habuit, verum etiam in dextero omnino depascere.

28 Rem eamdem dilemmatis argumento concludamus. Aut manus Chirurgica repetitis recisionibus, quo progressum gangrenæ impediret, papillam totam una cum portione mammæ sic affectæ amputavit, aut non. Si primum, ergo papillæ ad pristinum statum restitutio thaumaturgo sacrarum Servi Dei Alphonsi exuviarum contactui adscribenda. Sin minus papilla, mammillarium glandularum beneficio carens, quæ lac separarent, & lactiferi ductus propriis muniis obeundis impares effecti, ob eorum destructionem in parte tam dextera, quam sinistra, ut diximus superius num. 27. papillam ipsam organum prorsus inutile in Magdalenæ pectore reddidissent. Eccur ergo

ergo Magdalena die postero mammam lacte manantem infantili ori admovit? Eccur infans materna ubera eadem die degustavit? aut rem prodigio soli adscribenda, aut evidentia ipsa dementi ore deneganda.

29 Hæc erant, PATER SANCTISSIME, quæ Chirurgicæ artis principiis innixus, nullo prorsus partium studio abreptus affirmare haud quaquam sub juramentiReligione sum veritus,absit ut assentationi inservirem,at incomprehensibilia Numinis beneficentissimi arcana veneratus mihimetipsi gavisus sum, Omnipotentem intuitus, qui impio homuncionum in seculi nocte vagantium ori lucem vocitanti, prodigiis portentisque victricem manum non dubitat admovere. Cæterum Tumet, BEATISSIME PATER, indefectibili illa mentis acie vides in Ven. Servo Dei Alphonso de Ligorio Apostolum Agatham Sanctam *ab omni plaga curantem & mamillam pectori ejus restituentem*: & nonne revera quod carnifex impiissimus in Martyre amputaverat, gangrena omnium teterrima in Magdalena depavit? Cum vero tali morbo occurrendo naturæ vires impares prorsus, Martyr eadem inclyta conclamaverit = *qui me dignatus est*, inquiens, *ab omni plaga curare, & mamillam meam meo pectori restituere, ipsum invoco Deum vivum*, reliquum est, ut de sanatione repentina mammæ, de qua usque huc disseruimus, idem proferamus judicium, Deum scilicet beneficentissimum, qui Virgini martyrium subituræ per Apostolum medelam tribuit opportunam, eamdem curationis gratiam vel ipsis Servi sui Alphonsi exuviis voluerit concessam.

30 At mirabilia fuerint, quæ Religionis nostræ heroum, vel invocato nomine, vel tactis exuviis patrata, natura humana viribus suis imparia fatetur, ea tamen tunc Dexteræ Omnipotentis adscribenda esse tuto censendum, cum id infallibili Sanctitatis tuæ oraculo exploratum erit, ac solemniter definitum.

Franciscus Asdrubali.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ
DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

VOTA DUO PRO VERITATE

JOSEPHI BELLI

IN ARCHILYCÆO ANTECESSORIS EMERITI

EDITA JUSSU

Illmi, & Rmi D. Julii de Carpineo Sacræ Rituum Congregationis Secretarii

SUPER II., & III. MIRACULIS,

Quæ examimi subiiciuntur.

Non multa præfari opus esse arbitror, PATER SANCTISSIME, atque subito in ipso dicendi limine de more obtrudere, quanti momenti sit, æquam suam super gravissimo argumento eorum Miraculorum, quæ ad imploratam alicujus Ven. Servi Dei opem patrata asseruntur, proferre sententiam: id enim cum alias, atque iterato scribens in aliis Sanctorum Causis effecerim, ne actum, ut ajunt, semper agere videar, satis esse duco inpræsentiarum tam grandem, arduamque rem, utpote animo altissime infixam, vel obiter duntaxat memorare. Quamobrem dum ad Sanctissimos pedes tuos iterum provolvor, ut pro veritate juratus exponam, quid juxta Medicæ facultatis leges sentiam de sanationibus iis, quæ ad VEN. SERVI DEI ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO invocationem per miraculum obtentæ adducuntur, nil aliud abs *Te* quam maxime, *Pater Beatissime*, expostulandum mihi humillime est, nisi ut minimum quid illius Superni luminis, quod in *Te* affatim influit, benignissime largiaris; ita profecto nutans ingenii mei tenuitas firmata erigetur. Ita ejusdem caligo illustrata dignoscet; num Naturæ, Artisve, num Superioris Veritatis opera actum sit, quod illæ deploratæ ægritudines, quæ male se habentia obsederant corpora, tam subito, atque inopinato evanuerint.

MIRACULUM II.

Instantaneæ, perfectæque sanationis Patris Francisci ab Octajano *Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci a Phthysi pulmonali, confirmatoque marasmo, viribus illico restitutis* .

1 Ut arduum hujusce Miraculi subjectum unicuique compertum fiat, *duo* sunt expendenda. *Primum*, quod morbus, quo detinebatur Pater Franciscus ab Octajano revera fuerat Phthisis a *Vomica Pulmonali* derivata. *Secundum*, quod hæc Phthisis Pulmonalis *ad tertium* pervenerat *gradum*, sive *Marasmum*, quibus demonstratis, sua sponte sequitur, quod Sanatio, quæ accidit, solo artis, & naturæ beneficio effici non potuerit.

2 Quod ut juxta artis Medicæ leges ostendatur, abs re haud esse existimo, breviter indicare, quid *phthisis* nomine intelligatur, quidque sit *Vomica*: mox vero necesse est, ut perpendatur, utrum ægritudo, qua afficiebatur Pater Franciscus ab Octajano, ea præseferret characteristica signa, quæ phthisi Pulmonum tantum competunt, atque hæc Phthisis a Vomica in Pulmone hærente fuerit exorta.

3 *Phthisis*, quam Latini *tabem* appellant, vocabulum in genere pro omni totius corporis extenuatione, quacumque de causa, & occasione orta accipitur. Verum usus obtinuit apud Medicos, ut in specie, & frequentissime Phthisis vocabulum de ea corporis totius extenuatione sumatur, quæ ab ulcere pulmonis provenit. Etsi enim ipsa Phthisis non pulmonis, sed totius corporis affectio sit, causa tamen ejus a Pulmone provenit. Phthisis ergo Pulmonalis nomine nil aliud designatur, nisi *Ulcus Pulmones ita exedens*, ut totus inde habitus corporis consumatur. (*a*) Phthisis nil aliud est, nisi corporis macies producta ab ulcere Pulmonis. (*b*) Ulcus ergo Pulmonis est unica causa Phthisis Pulmonalis.

4 Quamvis nonnulli celebres Medici distinguant Phthisim *in Phthisim proprie dictam*, & in *Vomicam*, nihilominus ambas a Pulmonis ulcere pendere edocent, atque hanc tantum adesse differentiam existimant, quod scilicet in *Phthisi* proprie dicta Pulmones ulcere detineantur; in *Vomica* e contra pus colligatur veluti quodam sacculo, quo disrupto, illud profluit, atque in pulmone diffunditur, illum erodit, atque inde Phthisis Pulmonis se prodit. (*c*) Hinc merito Vomica a clarissimo Swietenio ulcus tectum dicitur. (*d*) At statim ac pus in pulmone retentum illum erodit, ulcus efformat, ideoque consultius videtur hanc distinctionem amplecti pro Phthisis Pulmonalis causa investiganda.

Re

(*a*) *Boerhaav. de cognosc. & curan. morb.* §. 1196.

(*b*) *Duprè della tisi Polmonale p.1. c.1.§.4*

(*c*) *Idem p. 1. §. 14.*

(*d*) *Swieten. commentar. in Aphor. Boerh. de cognoscen. & curand. morb. §. 1206.*

5 Re quidem vera ulceris Pulmonis causæ sunt quæcumque vel acrimonia, vel putredine Pulmonis substantiam erodere, & corrumpere possunt. (*a*) Materia autem ista, vel in ipso Pulmone colligitur, & gignitur, vel aliunde influit. In ipso Pulmone ortum habet, cum aut in eo humores vitium contrahunt, aut e vase ejus rupto, seu eroso, seu vulnere aperto, & omnino post sanguinis sputum sanguis effusus putrescit; unde *Hyppocrates* 7. *aphor.* scribit = *a sanguinis sputo puris sputum malum est* = aut a peripneumonia, aut a pulmonis *Vomica introrsum rupta*, aut a variolis ulcus in eo relinquitur. (*b*)

6 Præcipue ergo Phthisia pulmonalis causæ sunt *sanguinis sputum*, *seu Hæmophthisis*, *Peripneumonia*, quæ in suppurationem abjerit, & *Pulmonis* ipsius *Vomica*, quæ omnes causæ ideo Phthisim progignunt, quia ulcus efformant in Pulmone.

7 Cum autem arduum hujusce miraculi subjectum potissimum pendeat a *Phthisi confirmata*, qua detineri Patrem Franciscum ab Octajano asseritur, idcirco ne id gratis asseratur, necesse est, ut inquiramus, utrum in eodem adessent ea signa, quæ ab Auctoribus statuuntur, veluti *characteristica* hujusce morbi, Phthisis scilicet Pulmonalis. Statim ac enim compertum fit, talia in eodem adfuisse, nemo in dubium revocare poterit, quod ejusdem Sanatio a Deo Omnipotente Ven. Servi Dei Alphonsi Mariæ de Ligorio intercessione fuerit patrata.

8 Ulceris Pulmonis signum potissimum est pus per tussim rejectum (*c*). Ulcere enim serpente, ac sordescente pus excernitur, ac sputa sordida rejiciuntur, quorum, ut Aretæus (*d*) loquitur, infinitæ prope sunt species, *lividorum*, *atrorum*, *purorum*, *ac sincerorum*, *aut pallido*, *alboque*, *aut albo*, *& viridi mixtorum*, *luteorum*, *rotundorum*, *durorum*, *glutinosorum*, *aut rarorum diffluentium*, aut odore *carentium*, aut *fœdo olentium*. Præter puris expuitionem adsunt etiam alia signa, quorum ope magis, magisque dignoscitur hic morbus, atque gradus etiam determinari queunt.

9 Itaque videamus ea signa, quæ præsefert *Phthisis Pulmonalis incipiens*, mox vero ea, quæ deprehenduntur in *confirmata*, seu *perfecta*. *Incipientis Phthisis* signa sunt (docente inter cæteros Daniele Sennerto in diagnosi morborum tradenda numquam satis laudando) *tussis diuturna*, *& sputum rotundum diutius apparens*, quod materiam crassam a calore excedente in pulmone condensari indicat, quæ temporis tractu acredine acquisita, pulmonem exulcerat, ut ex *Galeno* 6. *Epidem. Comm.* 3. videre est. Interdum aliquid cruenti rejicitur, & hoc subsistente, sordidum, ac purulentum aliquid. Corpus totum extenuatur, & nullum post cibum sumptum corpori robur accedit, febris adest lenta, & continua. *Perfecta* autem *Phthisis* ex iisdem signis cognoscitur, sed jam evidentioribus, & augumentum sumentibus; si quis enim vel plebejus hominem viderit pallentem, imbecillem, tussientem, macie confectum, hunc (docente inter cæteros Aretæo) vera phthisi laborare pronunciat. *Co-*

(*a*) *Sennertus opera Medica tom.* 3. *lib.* 2. *par.* 2. *cap.* 12.

(*b*) *Idem loc. cit.*

(*c*) *Idem loc. cit.*

(*d*) *Aretæus de sign.& caus. diutur. morb. cap.* 8.

gnoscitur autem *perfecta phthisis ex pulmonum ulcere*, *febris lenta continua*, & hanc sequente *totius corporis extenuatione*, & *macie*, *ac difficili respiratione*. (a)

10 Hæc respondent illi communi Phthisis distinctioni in tres gradus, quorum primus est ille, in quo pulmo afficitur ulcere *incipiente* tantum, ideoque haud sensibilis macies. Alter gradus ille est, in quo morbi indoles facilius dignoscitur, atque macies in dies maxime augetur. Tertius demum ille est, in quo morbus unicuique se prodit: ossa ipsa integumentis fere obteguntur. (b) Hic tertius gradus nil aliud est, nisi maturatio primi, & secundi gradus (c), atque sub Marasmi nomine a Medicis designatur.

11 Quæ cum ita se habeant signa *characteristica*, seu præcipua *Phthisis Pulmonalis*, seu *Ulceris Pulmonis*, *sunt puris expuitio*, *tussis*, *macies*, quæ in dies adaugetur, ac *febris continua*, seu *Hectica*. Quoties vero accedant *diarrhæa*, *sudores colliquativi*, *vox rauca*, *oedema artuum inferiorum*, *gutturis ulcera*, atque macies ita sit adaucta, ut ossa fere solis integumentis obtegantur, tunc Phthisis dicitur confirmata, seu ad tertium gradum jam deducta, atque ob maximam corporis emaciationem comitem dicitur etiam *Marasmus*. Alia quoque symptomata interdum accedunt, quæ tamen adesse, vel abesse possunt.

12 Verum ex actis constat, quod hisce recensitis symptomatibus vexabatur Pater Franciscus ab Octajano, prout de visu, & scientia propria *Medicus curæ* Vincentius d'Aquila, & alter Medicus consultus Carolus Raiuone testantur. Constat etiam ex fide duorum aliorum Medicorum, qui diligenter de indole morbi investigarunt, cum Æger Neapolim se contulerit. Demum idem alii quinque non rudes, & imperiti viri, sed Religiosi probitate, ac doctrina præditi contestantur. Cum autem ægritudo, qua detinebatur Pater Franciscus chronica esset, idcirco nil mirum, si alter Medicus consultus Raiuone ter tantum inviserit hunc Ægrum toto morbi decursu, quæ tamen tres Visitationes satis sunt pro idea morbi efformanda, eo magis quod quilibet Plebejus (admonente Aretæo) prout indicavimus superius, hunc morbum facili negotio distinguit. Hinc frustra frequentiores Visitationes ejusdem Medici expostulat Doctissimus Censor in novis Animadversionibus, ac potissimum *in* §.36., & 37.

13 Itaque ex Summario compertum fit, quod ægritudo suum initium duxerit circa medietatem mensis Novembris anni 1786., & perduraverit usque ad finem mensis Augusti anni 1787., quo tempore miraculosa sanatio evenit, quodque die nona Maji post febres per septem menses toleratas, postque violentam tussim ad sex horas protractam Æger prius vivum cruorem, inde graveolentem saniem copiose cum tussi per os excreverit; atque hæc pravæ indolis puris per os excretio adeo copiosa esset, ut eamdem quatuor libras æquare testes existimaverint, quæ a nona Maji die ad finem Augusti perduravit. En verba Sanati: *Essendo io caduto infermo a' 18. Novembre dell'Anno mille settecento ottantasei assalito da febbre, e da dolori reumatici, che dovei soffrire per lo spazio di sette mesi interpolatamente senza vedere qualche sorta di miglioria, poichè queste veni-*

(a) *Sennert. Instit. Pract. lib.2. p.2. c.306*
(b) *Duprè della tisi Polm. p.1. §.15. 16.17*
(c) *Idem par. 2. cap. 1.*

venivano accompagnate da' rigori di freddo ; e terminavano con copiosi sudori nel petto nella decadenza della febbre senza sperimentarne beneficio (a) *alli nove di Maggio dell' anno seguente mille settecento ottantasette mi viddi assalito da una tosse umorale sì forte . . . . dopo sei ore di detta tosse continua cacciai per la bocca una gran quantità di sangue marcioso , e putrefatto* (b) . *In vero in ogni giorno metodicamente cacciava per la bocca tanta marcia , e sangue , che giungeva al peso di libre quattro circa* (c) . *Continuò lo spurgo di libbre quattro in circa di marcia sanguinosa , e puzzolente ogni giorno : la tosse violenta mai mi lasciò , nè la febbre continua* (d) .

14 Cum autem Sententia de miraculosis sanationibus innitatur Peritorum testimonio, idcirco operæ pretium existimo expendere, utrum iidem juxta Artis Medicæ leges morbum definiverint, quo afficiebatur Pater Franciscus ab Octajano . Medicus *Vincentius d' Aquila* Ordinarius Cænobii , in quo morabatur idem Pater Franciscus , atque Ægrotum vidit a morbi initio usque ad ejusdem terminum hæc narrat = *Il P. Francesco da Ottajano a dì diecìotto di Novembre mille settecento ottantasei venne assalito da febri, e dolori reumatici, quali soffrì interpolatamente per lo spazio di sette mesi senza verun segno di miglioramento : queste febbri declinavano con copiosi sudori nel petto , e venivano accompagnate da' rigori di freddo : nelli nove di Maggio mille settecento ottantasette venne assalito da una tosse umorale così forte , che la prima volta essendo durata circa ore sei continue , cacciò fuori per la bocca una gran quantità di sangue marcioso , e putrefatto , ed in seguito una materia linfatica , e guasta , dal che giudicai Io , ed il mio Socio Dottor Carlo Rainone secondo la regola dell' arte , che detto sangue marcioso nascesse da rottura delle Vomiche , che si erano generate , e si generavano tutto giorno nel Polmone per l' afflusso degli umori reumatici ivi stagnanti* = (e) . Et inferius = *Addiveniva il Polmone un vero sacco di marcia , perchè osservommo Io , e l' altro Medico Dottor Carlo Rainone , che il detto infermo cacciava fuori per la bocca ogni giorno libbre quattro di marcia , e di sangue* = (f) = *Trattanto in questo stato intermedio trà l' una , e l' altra apertura delle Vomiche era il Paziente afflitto da una continua tosse , la quale si faceva sentire più violenta, qualora era prossimo il tempo della rottura della fatta Vomica nel Polmone , come ancora non cessava mai lo spurgo sanguigno , e marcioso* (g) . *Sopra questi incommodi il maggiore si fù una* febbre lenta , e continua , *che periodicamente ritornava ogni giorno al povero paziente , e questa si avanzava , come dovevasi nel tempo dell' apertura delle Vomiche , nè lo lasciò mai costantemente , e dalli nove di Maggio fino alli trenta di Agosto dell'Anno mille settecento ottantasette , giorno , in cui ricevette la miracolosa guarigione* = (h) .

15 Alter Medicus Consultus nimirum Carolus Rainone hoc ipsum confirmat hisce verbis = *Ai diecìotto di Novembre dell'anno mille settecen-*

(a) Summ. pag. 18. §. 2.
(b) Summ. pag. 18. §. 3.
(c) Summ. pag. 18. §. 7.
(d) Summar. pag. 19. §. 14.
(e) Sum. pag. 24. §. 52. 53. 54.
(f) Summar. pag. 25. §. 57. 58.
(g) Summ. pag. 25. §. 59. 60.
(h) Summ. pag. 25. §. 62.

cento ottantasei il Padre Francesco da Ottajano fù assalito da febbri, e dolori reumatici, che si suscitavano interrottamente durante il tempo di sette mesi, senza potersene affatto liberare; dette febbri portavano seco principj rigoriferi, e nel fine di essi sudori nel petto. Alli nove di Maggio dell' anno susseguente soffrì detto Padre una rottura di Vomiche, portando seco sei ore continue una tosse ferale, colla quale espettorò quantità di sangue, e marcia putrefatta = (*a*) = Et inferius = *continuò per longo tempo a cacciare una marcia putrefatta a segno, portando seco lenta febbre, e continua, una consunzione in tutto il suo corpo, per cui a riferire d' Ippocrate si dichiarò da me essere vero tisico* (*b*) = *Il passaggio fatto dalla piaga in una vera tisi rilevasi dal disprezzo del male, che fece d' ogni sorte di rimedio, e portando seco per lo spazio di mesi sette continua, e lenta febbre, espettorazione di sanguinosa, e puzzolente marcia, che con tosse continuata quantitativamente in ogni giorno si cacciava, per cui si ridusse consunto, ed emaciato*= (*c*). Id ipsum confirmant Pater Andreas a Palma Guardianus Cænobii sui Ordinis Palmæ, Pater Clemens a Palma Ex-Guardianus, & Confessarius, uti etiam Pater Michael a Palma, Pater Bonaventura a Surno, & Pater Seraphinus a Palma, qui sane Testes sunt omni fide digni, atque in tradenda morbi historia, quo detinebatur Pater Franciscus ab Octajano, contestes sunt, neque ullo pacto discrepant in exponendis hujusce morbi Characteristicis notis, quod sane sæpe exoptatur in hujusmodi miraculosis Sanationibus, quæ ad trutinam revocantur.

16 Et sane Febres, quibus per sex circiter menses obnoxius fuit Pater Franciscus, quæque præviis rigoribus invadebant, ac subsequente sudore circa pectus remittebant, rheumaticisque doloribus stipabantur repeti omnino debent a materia rheumatica, quæ ad pulmonem delata Vomicam prius, mox Ulcus, ac Phthisim Pulmonalem produxit: Omnes enim rei Medicæ Scriptores edocent, atque experientia ipsa confirmat, quod Rheuma facile occasionem præbeat Phthisi Pulmonali; satis sit videre celebrem de hoc morbo Scriptorem Duprè (*d*). Quoties enim lente in Pulmone accumulatur materia, quæ per vasa transire nequit, sed illorum angustiis impacta manet, obstructionem facit, levem quidem in initio, neque multis symptomatibus stipatam; sed hæc sensim augetur ab iisdem causis perennantibus, atque hac ratione exoritur Vomica, quæ in dies graviora præsefert symptomata: Si enim plura fuerint tubercula, quæ suppurantur, & satis vicina sibi mutuo, vel non satis cito rumpantur, dum matura sunt, possunt sensim aucta copia puris in magnam satis Vomicam mutari; hinc patet differentia, quæ interjacet inter *Tuberculum*, & *Vomicam*: Tuberculum enim nil aliud est, nisi *tumor exiguus in quadam Visceris particula*: *Vomica e contra est collectio* plurimorum tuberculorum, prout inter alios docet Swietenius (*e*). Hic autem Clarissimus Vir animadvertit etiam, quod frequentissime Vomica Pulmonalis progignatur a materia ad fluorem inepta, ut in nostro Ægro.

Nil

(*a*) *Summ. pag*. 31. §§. 103. §. 104.
(*b*) *Summ. pag*. 31. §. 107.
(*c*) *Summ. pag*. 33. §. 116.
(*d*) *Duprè della Tisi Polmonale Par*. 1. *c*. 10.
(*e*) *Swieten*. §. 1206.

17 Nil mirum itaque, si idem febribus erraticis, aliisque gravibus symptomatibus per sex menses prius divexatus fuerit, mox, nona scilicet Maii die affatim per tussim, magna copia puris sanguini admixti ex ore excreta, palam se protulerit causa illius morbi, qui longo jam tempore eidem clanculum insidias struebat. *Vomica* enim pulmonalis distinguitur a Swietenio in *clausam*, seu *tectam*, & *apertam*, seu *ruptam*: *clausa* dicitur, quamdiu pus in loco manet, ubi natum fuit: *aperta* vero, ubi pus de hoc loco elabitur, rupto tumore, quo continebatur (*a*). Quomodo autem ex Vomica ulcus, & Phthisis progignantur, facili negotio explicatur; ubi enim pus ope suppurationis incipit accumulari in Pulmone, & acrius mora redditur, erodendo hoc viscus ulcerosam labem, atque inde sequentem phthisim excitat. Hinc Aretæus optime notavit (*b*) = *Si autem pectus, aut latus suppuraverit, & materia per pulmones traducatur, purulenti vocantur: quod si & pulmo ab his ulceretur, erosus a præterlapso pure, non amplius suppuratio, sed corruptio, sive phthisis appellatur* = Revera si suppuratio diu maneat, & sputorum copia perseveret, vel augeatur quotidie, denotat ulcus Pulmonum, quod magis, magisque proserpit. Hinc docet Hyppocrates = *Quod enim in Pulmone consistit, & defluit, pus fit. Pus autem in pulmone, & thorace consistens ulcerat, & putrefacit* = (*c*). Pus enim in abscessu purulento collectum, cum non integre, neque rejiciatur superne, neque absorbeatur, mora, seu stagnando corrumpitur. Hoc pus corruptum semper hærens ad pulmonis superficiem erodit, & ita pulmones exulcerat, in principio leviter, sensim vero profundius, ita ut post quadraginta dies habeatur exulceratus pulmo, qui sanationem respuit, atque inducit phthisim Pulmonalem, prout inter cæteros docet Gorter (*d*).

18 Extra dubitationis aleam positum est, quod sola puris cum sanguine mixti per os cum enormi tussi excretio sat est pro Vomica disrupta luculentissime demonstranda, quod evenit in Nostro Aegro nona Maii die. Verum æque certum est, quod ulcus magnum inde efformatum fuerit in ejusdem Pulmone, unde confirmata, atque desperata Phthisis ortum duxerit. Id sane facili negotio demonstratur ex gravissimis illis symptomatibus, quæ Vomicæ disruptioni supervenerunt, atque Aegrum ad Orci fauces perduxerunt. Hæc inter principem locum merentur *primo copiosa puris excretio*, quæ quolibet die libras quatuor æquabat; *secundo* prava indoles puris ipsius, *tertio* perduratio febris, quæ numquam derelinquebat Aegrum, sed continua, lenta, seu Hectica erat: *quarto* macies, quæ in dies evidentissime ita increvit, ut una Testium omnium voce Pater Franciscus veri sceleti imaginem præseferret: *quinto* demum maxima Aegrotantis debilitas. Nonne hæc signa sunt characteristica Phthisis confirmatæ, atque ad tertium, seu ultimum gradum jam perductæ? Nihilominus accesserunt etiam alia signa, quæ magis, magisque id confirmant, veluti sunt *pedum oedema*, & alvi fluxus, gutturis exulceratio, virium dejectio, aliaque hujusmodi, quæ sane omnia juxta

(*a*) *Idem §. 1184.*

(*b*) *De causis, & signis morborum diuturn. lib. 1. cap. 8. pag. 36.*

(*c*) *Hyppocr. de locis in homine cap. 7.*

(*d*) *Gorter. in Hyppoc. Aph. 16. lib. 5. 6. pag. 313.*

juxta communem Medicorum sententiam deprehendi tantum solent in ultimo Phthisis gradu, atque ubi Mors in propinquo est.

19 Quod spectat ad quantitatem puris, quod quotidie excernebat Pater Franciscus ab Octajano; fatetur idem = *ogni giorno metodicamente cacciavo per la bocca tanta marcia, e sangue, che giungeva al peso di libre quattro in circa* = (a). Idem confirmat Medicus Curæ Vincentius d' Aquila (b). Non hic immorabor in disputando de puris quantitate, quæ singulis diebus per os excernebatur a Patre Francisco; utrum reapse libras quatuor æquaret, cum communiter librari haud soleat: nihilominus pondus determinatum a Medico curæ, aliisque Testibus satis evincit, quod magna esset puris quantitas, quæ quotidie excernebatur: unde jure omni, ac merito concludi potest, quod magna fuerit Vomica efformata in Pulmone, atque simul magnum ulcus, quod superstes fuerit in hoc viscere, ex quo hæc magna puris copia prodibat. Quoties enim *magna* Vomica in Pulmone nata disrumpatur, magna puris copia excerni debet, uti etiam, si vomica *minor* sit, sed sensim propagetur, & contiguam pulmonis partem adhuc sanam depascatur, unde tandem totum hoc viscus consumitur, & humores ad Pulmonem allati in pus abeunt quotidie. Cum enim omnis totius corporis sanguis per pulmones transire debeat, si semel labes purulenta in hoc viscere nata fuerit, mirum non est, si augeatur quotidie puris copia, & Vomica clausa extendatur magis, magisque, vel si rupta fuerit, quotidie regeneret pus, quod per sputa excernitur, aicque sensim omnes corporis humores in pus abeant. Hinc merito docet Swietenius = *Si sputorum copia augeatur quotidie, tunc non est signum levis suppurationis, sed potius denotat ulcus Pulmonum, quod magis, magisque proserpit* = (c) *Phthisis Pulmonalis consistit in expuitione puris, aut materiæ purulentæ ex Pulmone emanantis febri hectica stipatæ* = (d). Hac ratione Cullenius Phthisim pulmonalem definit, qui authumat, quod ubi pus expuatur, adsit Pulmonis exulceratio.

20 Ast uti quantitas puris demonstrat variam ulceris magnitudinem, ita etiam qualitas, seu indoles ipsius puris indicat indolem, seu statum ipsius ulceris, ex quo prodit. Quo enim sputa in hoc morbo magis degenerant a conditione boni puris, eo cæteris paribus pejora existimantur; sive enim hoc fiat a pure diu retento in fistuloso quasi pulmonis Ulcere, & sic sola mora mutato in pejorem indolem, sive ipsum ulcus fundat perpetuo ichorem acrem, a conditione boni puris alienum, semper metus est, ne malum serpat magis, magisque, vel & resorptum pus mora acrius, & tenuius redditum, totum sanguinem inficiat sic, ut nutritioni penitus ineptus fiat. Pus bonum dicitur illud, quod sit album, leve, æquabile, minime fœtidum; pessimum autem censetur, quod ab his dotibus recedit. At pus, quod Pater Franciscus a nona Maji die usque ad portentosæ Sanationis momentum excrevit, pessimæ semper indolis fuit, quod satis superque eruitur ex Testium dictis, ac præcipue Medici curæ Vincentii d'Aquila = *Vedevasi uscire dal petto una materia bian-*

(a) *summar. pag. 18. §.7.*
(b) *Summar. pag. 25.§.58.*
(c) *Swieten. in Boerhaave §. 1205.*
(d) *Cullen. Elementi di Medicina Prattica lib.4. cap. 4.*

bianca, giallastra, bruna, sanguinosa, e puzzolente = (a). Uti etiam alterius Medici Caroli Rainone = *colla tosse espettorò quantità di sangue, e marcia putrefatta* = (b). *Continuò per lungo tempo a cacciare una marcia putrefatta* = (c) = *Espettorazione di sanguinosa, e puzzolente marcia* = (d) = Pus igitur hasce notas præseferens, nimirum *fuscum, fœtidum, putrefactum* dehiscit a conditione *boni puris*, & merito a Medicis *sanies, seu ichor* appellatur. Hinc in Tabe purulenta ex ulcere Pulmonis sputorum fœtorem, veluti signum, quod declarat periculosissimum morbi hujus statum, docent. Hyppocrates, & Gorterus (e) = Idem confirmat Swietenius hisce verbis = *Fœtida admodum sputa longe pejoris ominis videntur, cum putredinis incœptœ jam dent indicium* = (f). Præterea pus cænosum, colorisque cinerei inter funestæ Phthisis signa enumerat Hyppocrates = (g). Alio etiam in loco idem affirmat = *evadere scilicet posse Empyematicos, quibus sectis, vel ustis pus album, & purum effluet; si vero sanguinolentum, cœnosum, vel graveolens educeretur, perire* = (h).

21 Hanc copiosam, & pravæ indolis excretionem puris præcessit, ac comitata est febris, quæ, uti præseferre solet indoles hujusce morbi ante Vomicæ disruptionem, febrem intermittentem mentiebatur, utpote quia evidentia erant signa invasionis, ac decessionis; mox vero continua evaserat, seu lenta, vel hectica, prout reapse competit Phthisi Pulmonali; Testatur enim Medicus Curæ = *Il Padre Francesco da Ottajano a dì diciotto di Novembre mille settecento ottantasei venne assalito da febbri, e dolori reumatici, quali soffrì interpolatamente per lo spazio di sette mesi, senza verun segno di miglioramento: queste febbri declinavano con copiosi sudori nel petto, e venivano accompagnate da rigori di freddo* = (i) & inferius = *sopra quest' incommodi il maggiore si fù una febbre lenta, e continua, che periodicamente ritornava ogni giorno al povero Paziente, e questa si avvanzava, come dovevasi, nel tempo dell'apertura delle Vomiche: nè lo lasciò mai costantemente dalli nove di* Maggio *sino alli* trenta di Agosto *dall' anno mille settecento ottantasette, giorno, in cui ricevette la miracolosa guarigione* (k). Idem affirmat alter Medicus Consultus (l): Re quidem vera Phthisis Pulmonalis semper comitem habet *febriculam*, quam *hecticam*, sive habitualem vocaverunt Medici. Periodicum tamen harum febrium augumentum agnovit ipsemet Galenus (m), qui simul probavit, illam exacerbationem non a natura febris hecticæ pendere, quæ eodem semper tramite pergit, verum ab alimento assumpto fieri, quod uti subactum, & distributum est, febricula hæc ad pristinum statum denuo redit. Id ipsum confirmant celebres in arte Viri Mortonus (n) Baglivus (o): Imo apud Hyppocratem simile

 quid

(a) *Summar. pag. 25. §. 68. & pag. 26. §. 55.*
(b) *Summar. pag. 31. §. 104.*
(c) *Summar. pag. 31. §. 106.*
(d) *Summar. pag. 33. §. 116.*
(e) *Gorter. Comment. in Hyppocrat. Aph. 11. Sect. 5.*
(f) *Swieten. §. 1206.*
(g) *Hyppocr. lib. 2. de morbis num. 403.*
(h) *Idem Aph. 44. Sect. 7.*
(i) *Summ. pag. 24. §. 52.*
(k) *Summ. pag. 25. §. 62. pag. 26. §. 68. & pag. 27. §. 76.*
(l) *Summ. pag. 31. §. 103. & pag. 33. §. 116.*
(m) *Galenus de febr. lib. 1. cap. 12.*
(n) *Morton. Phtisiolog. lib. 2. cap. 4. p. 44.*
(o) *Baglivus Praxis Medica lib. 1. cap. 9. pag. 26.*

quid invenimus, dum dixit *Febres intermittentes ob suppurationem pleræque sudoriferæ sunt* = (a). Cum autem abcessu nato in vitali hoc viscere turbetur totum corpus, febricula illa hectica continua adest, eo quod a pure attenuato, & resorpto magna fit omnium humorum degeneratio. Clarissimus Swietenius verba faciens de febri, quæ Phthisim Pulmonalem comitari solet, id animadvertit = *Quandoque in Phthisicis vera exacerbatio, & perfecta intermissio observatur, subinde tamen & exacerbationes manifestæ observantur vario tempore vel a retento pure, vel a novo chylo post alimenta assumpta. Ubi autem tuberculis obsidetur Pulmo, quæ successive suppurantur, tunc, quando tale tuberculum abit in abscessum, & brevi rumpetur, sæpe satis valida increscit febris, quæ pure per sputa educto cessat, manente sola hectica consueta febricula, donec novum tuberculum suppuratum simile febris augumentum producat* = (b).

22 Quod autem Phthisi pulmonali reapse laboraverit Pater Franciscus ab Octajano magis magisque confirmatur ex macie corporis, quæ in dies ita increvit, ut ad Marasmum usque devenerit una cum maxima virium debilitate: Quoties enim magnum in pulmone ulcus adest, atque sputorum purulentorum magna copia excernitur, contabescunt ægri, omni nutrimento corporis in pus verso, eo magis quod omnis totius corporis sanguis per pulmonem transire debeat, & omnis chylus, statim ac sanguini mixtus fuit, cum illo per vasa pulmonis feratur. Repetita pulmonis actione, chylus cum sanguine fluens per hoc viscus præparatur in nutrimentum, ex quo restitui possunt illa, quæ quotidie pereunt tam de fluidis, quam de solidis partibus in corpore sano: Unde duplici de causa contabescunt phthisi laborantes, ob jacturam nempe humoris nutrientis, & quia labefactato per ipsum morbum pulmone, non potest per hoc viscus sic perfici recens chylus, ut inde corpus nutriri queat. Demum per sputa copiosa maxima fluidorum pars de corpore perit: hinc omnia vasa non amplius distenta fluidis contrahuntur: omnis omnino pinguedo, a qua torositas corporis pendet, perit, ita ut sola cutis, & ossa superesse tantum videantur, prout reapse observabatur in præfato Patre Francisco. Medicus Curæ hæc ait = *si vide caduto in una generale macie, e consunzione generale* = (c) = *Tutto giorno si vedeva avanzata la macie universale col totale spossamento delle forze* = (d). Alter Medicus hoc idem confirmat hisce verbis = *si ridusse consunto, ed emaciato; onde giudicossi da me essere vero Tisico confermato* = (e). Demum depascens febricula hectica, & prostratus appetitus maxime adaugent in hujusmodi morbo maciem, & debilitatem.

23 Quæ cum ita se habeant, quisnam dubitare adhuc poterit, utrum reapse ulcere Pulmonis, veraque Phthisi Pulmonali laboraverit noster Æger? Ast silentio hic prætereunda non sunt alia symptomata, quæ deprehendebantur in eodem, quæque observari tantum solent in postremo hujusce morbi gradu, & ubi mors præ foribus est. Hujusmodi *crurum oedema*, *gutturis*, *seu faucium ulcera*, *maxima*

virium

(a) *Hyppocr. Coac. Prænot. n.419.*
(b) *Swieten. in Boerhaave §.1206. p.75.*
(c) *Summ. pag.26. §.67. & 68.*
(d) *Summ. pag.27. §.76.*
(e) *Summ. pag. 33. §. 116.*

virium prostratio, atque extrema macies, quæ a Medicis sub *Marasmi* nomine designantur.

24 Jure, ac merito ambo Curæ Medici, statim ac enorme crurum Œdema in Patre Francisco observarunt, certiores evaserunt de Phthisi confirmata, ejusdemque morbi omnimoda insanabilitate = *Ma quando viddi Io, ed il mio Socio Rainone comparire nelle gambe del Paziente un' edema spaventevole, che gli gonfiò le medesime fin sopra il ginocchio, che era conseguenza necessaria del suo male principale, che soffriva nella sostanza polmonale, era l' ultimo carattere della vera Tisi, allora vieppiù Io, ed il detto Con-Professore giudicammo naturalmente insanabile, ed incurabile il detto male* = (a). Re quidem vera in ultimo Phthisis funestæ stadio difficulter sanguis cordis dexteri per pulmonem movetur, unde impedimentum fit motui sanguinis per venas versus cor, adeoque & difficilior resorptio lymphæ per venas bibulas. Cum autem simul & pauculum Sanguinis per arterias moveatur, nec poterit arteriarum venis adjacentium actio promovere motum liquidi venosi; lympha ergo stagnare incipiet, & accumulari in locis maxime a corde remotis. Hinc Benedictus dixit: *In Phthisi diuturniori tumor pedum oedematosus funestus* = (b): Et Swietenius = *Consumata Phthisi, & in mortem jam vergente hoc observatur, quod toto corpore jam emaciatissimo extremi artus turgere incipiunt* = (c) = Et Cullenius = *circa il fine della Tisi polmonare i piedi si trovano bene spesso aggravati da tumefazioni edematose* = (d).

25 Gutturis, seu faucium *ulcera*, vel *Aphtæ* aliud suppeditant signum, quod in confirmata tantum Phthisi deprehendi solet, atque repeti omnino debent ab acri in fauces illabente humore, quam ab ulceris pulmonalis prava indole, & septico principio, quod ab eodem evolvitur, & una cum aere expiratur. Hæc autem aderant in gutture Patris Francisci prope miraculosam sanationem, prout Medicus Curæ testatur = *Mi avviddi ancora, che in questi ultimi giorni del suo male si erano fatte le piaghe nella gola* = (e)

26 Præ cæteris peculiarem animadversionem merentur *maxima debilitas, & extrema macies*, quam graphice Medicus Curæ refert = *Tutto giorno si vedeva avanzata la macie universale col totale spossamento delle forze, sicchè egli si ridusse ad uno scheltro vero di morte in modo tale, che dal petto, e dalle spalle gli comparivano sporte in fuori tutte le ossa, come io lo viddi cogli occhj miei* = (f) Nonne hæc est vera Marasmi descriptio = *Costretta venne a giacere continuamente in letto, senza neppur potersi sedere da se medesimo, nè reggersi seduto sopra di esso letto, se non se appoggiato a più coscini, come io lo vidi, allorchè lo andava a visitare* = (g). Extremam hujusmodi maciem, seu Marasmum, ad quem redactus fuerat Pater Franciscus, testantur etiam alii, sed potissimum ejusdem Confessarius Pater Clemens a Palma = *Si vide il Padre Francesco caduto in una consunzione, e maciamento universale, totale per-*

(a) *Summar. pag. 26. §. 69. & pag. 32. §. 108.*

(b) *Benedictus Tabidor. Theatr. pag. 111.*

(c) *Swieten. in Boerhaav. §. 1206.*

(d) *Cullen. Elementi di Medicin. Pratt. lib. 4. cap. 4.*

(e) *Sum. pag. 28. §. 79.*

(f) *Sum. pag. 27. §. 77.*

(g) *Sum. pag. 27. §. 78.*

perdita di forze, volto macilento, sparuto, e searmo, si potevano in tutta la sua persona contare le ossa, tanto era grande la generale macie = (a) Sic definit *Marasmum* Bartholomæus Castellus = *Extreme consumatus Marasmus est, quando omnes corporis partes solidæ simul macrescunt, ita ut totus homo nihil aliud esse videatur, quam ossa, & cutis* = (b).

27 Quid plura? Confirmata Phthisis, hujusque morbi extrema periodus etiam evincitur ex dolore laterali, seu thoracis cum difficili respiratione, qui ultimis morbi diebus supervenit = *Si aggiunse ancora negli ultimi giorni del suo male fortissimo dolore nel fianco destro, che stendevasi sino alla regione del petto, e propriamente sotto la Zinna, a tanto che non poteva il detto infermo nè appoggiarsi sù detto letto, nè respirare, onde era costretto quando era assalito dalla tosse a premere colla mano detto destro lato* =. (c) Id sane nil aliud præsefert, nisi eam *peripneumoniæ* speciem, quæ frequenter observatur in iis, qui Phthisi pulmonali confirmata laborant, atque mortem eorumdem accelerare consuescit. *Peripneumoniam* Phthisicorum eamdem appellat clarissimus Mortonus (d). Hæc autem inflammatio, quæ sæpe sæpius confirmatæ Phthisi pulmonali supervenit, ac mortem festinare solet, afficit potissimum vicinia, seu ambitum ulceris pulmonalis, atque haud quaquam resolvitur, sed intra paucos dies in gangrænam abit, prout passim contingere solet in inflammationibus omnibus secundariis, quæ subdolæ sunt, atque ut plurimum in gangrænam abire solent.

28 Quæ cum ita se haberent, merito Sacramentis eumdem muniri ambo curæ Medici jusserunt = *giudicando, che egli era già caduto in una Tisi confermata, ed in un vero Marasmo, dal cui non poteva più naturalmente guarire, ma che di breve lo doveva portare al sepolcro, gli ordinammo gli ultimi Sagramenti* = (e). Quibus sane efficitur, ut primum hujus miraculi extremum jam appareat demonstratum, præsertim cum iidem Curæ Medici ægritudinem omnino conclamatam dijudicarint = *Io* (scilicet Medicus Curæ Vincentius d'Aquila) *e il detto Con-Professore* (scilicet Medicus Carolus Raimone) *giudicammo naturalmente insanabile, ed incurabile il detto male, onde non stimammo più prescrivergli altri medicamenti, come inutili, e solamente gli dicessimo, che avesse continuato l' uso del latte piùttosto per mantenerlo per qualche altro giorno in vita, che colla speranza di poterlo guarire; onde come disperato di salute lo lasciammo a sua discrezione rispetto al cibo* = (f). Re vera ulcus pulmonis est curatu difficillimum, non tam ob pulmonum motum continuum, quam quod sanies, & pus in molli, & spongiosa pulmonum substantia hærens citra tussim expurgari nequit, qua pulmones in dies magis læduntur; quibus accedit, quod medicamenta integris viribus tanto intervallo ad pulmones non perveniunt. Reddit quoque febris adjuncta, & hanc sequens corporis consumptio curationum difficilem. Hinc ad rem docet Sennertus = *Monendi sunt*

(a) *Sum. pag.* 39. §. 159.
(b) *Castelli Lexicon Medicum pag.* 507.
(c) *Sum. pag.* 28. §. 80. *& pag.* 33. §. 117.
(d) *Morton. Phthisiol. cap.* 4. *pag.* 41.
(e) *Sum. pag.* 28. §. 81.
(f) *Sum. pag.* 26. §. 69.

sunt ii, qui sæpius ulcera pulmonis, & phthisicos sanasse dicunt, ut attendant, ne decipiantur, & pulmonem exulceratum putent, cum tamen thorax saltem laboraverit, aut catarrhus, & pituita in pulmonibus in similem puris substantiam illæsis pulmonibus mutatus sit. (a)

29 Quod vero spectat ad secundum extremum, ad invocationem nimirum præsidii Servi Dei, meo quidem judicio adeo clara res est, ut non multis egeat demonstrari; cum enim ex actis constet, Patrem Franciscum ab Octajano firma fide petiisse auxilium tantummodo Servi Dei Alphonsi Mariæ de Ligorio §. 46. = *Nell' ultimo stato del mio male della sera de' ventinove Agosto mille settecento ottantasette vedendomi giunto alle fauci della morte . . . . applicai la Reliquia del Servo di Dio, , ed invocai la sola intercessione del detto Servo di Dio* = non erit ambigendum, quin re vera ejusdem intercesserit invocatio. Testimonium idem perhibent Testes quotquot de visu, & auditu in Actis inducuntur; qua de re secundum pariter, ut ajunt, Miraculi extremum in nostro casu illuxisse dicendum est.

30 Nunc superest, ut tertium hujus sanationis extremum ad medicam lancem accurate revocemus; expendendo nimirum, an restituta Patri Francisco ab Octajano valetudo sit adscribenda Miraculo; cui affirmative respondemus. Enim vero, cum in prima parte præsentis Dissertationis planum pro viribus fecerimus, nostrum Aegrum Phthisi pulmonali reapse laborasse, quæ ex vomica pulmonis proficiscebatur, atque hanc Phthisim penitus insanabilem ad tertium gradum pervenisse, seu ad Marasmum usque, jam primo loco supernaturalis Dei vis eluxit in eo, quod pristinæ valetudini restitutus fuerit Æger insanabili morbo detentus, brevique moriturus, prout jure omni, ac merito authumabant Medici Curæ, atque adstantes = *Non poteva più naturalmente guarire, ma di breve lo doveva portare al Sepolcro* = (b) = *Un giorno essendo suonata la Campana della Chiesa a mortorio, si credette fermamente da tutti, che fosse morto il detto P. Francesco* = (c).

31 Sed quoniam qui scribit pro Veritate, indigne agit, si quod sibi non satis exploratum sit, id sine ulla dubitatione defendat; proinde comprobaturus sanationem hanc fuisse miraculosam, suscipio onus ostendendi. *Primo* cessationem hujus lethalis morbi fuisse instantaneam, *Secundo* contigisse nullis intercedentibus vel naturæ, vel artis auxiliis, *Tertio* omnino perfectam obtigisse; quæ quidem conditiones a Medicis necessario expetuntur.

32 Quod itaque primo loco spectat ad subitam lethalis morbi cessationem, hæc porro unicuique perspicua erit, si prius apud animum suum statuat, non simplicem tussim, non solius lymphæ per eam excretionem, non levem febrim, non ægritudinem paucorum dierum fuisse, sed vomicam, seu magnam pravæ indolis puris collectionem in pulmone, atque inde magnum ulcus exortum, unde saniosum sputum, & suffocationis metus cum febri continua, atque in hecti-

cam

(a) *Sennertus Medic. Pract. lib. 2. c. 2. p. 309*
(b) *Medicus Curæ Sum. pag. 28. §. 81.*
(c) *Sum. pag. 35. §. 134.*

cam jam conversa exorlebatur ; ideoque confirmata Phthisis jam evaserat , atque ob extremam virium debilitatem , & maciem veri Marasmi notas præseferebat , quod sane invincibilem hujus morbi gravitatem in Ægro , de quo loquimur , constituit . Cum igitur post applicitam Reliquiam Servi Dei , & post fusas preces illico omnis sublata fuerit hæc mortifera ægritudo , quæ prius nulla arte , nullaque naturæ ope vinci , aut leniri ullo modo potuerat , quæque potius temporis diuturnitate in deterius ruerat , certe fatendum erit, ejusmodi sanationem Miraculo contigisse . Æger enim vix implorato Servi Dei auxilio per aliquot horas placide obdormivit , atque e somno expergefactus omnino incolumis erat , atque ab omni ægritudine vindicatus . . . .

33 Auget præterea Miraculi evidentiam , quod sequenti die Medicus Vincentius d' Aquila , qui curationi semper adfuit , Ægrum invenerit sine febri = *Entrato nella stanza del predetto Infermo già risvegliato , dopo averlo diligentemente osservato , con mia estrema maraviglia lo trovai del* tutto sano , cioè senza febre , *con essere cessato all'intutto lo spurgo del sangue , e marcie* = (a)In febri autem hectica,quæ per se continua est , invenire quod illa cessaverit , omnem certe a malo gravitatem detractam significat . Totum itaque Divinum est , quod in hac repentina sanatione splendescit . Vires enim illico redditæ fuerunt , gulæ ulcera , saniei excretio , cibi nausea , lateris dolor , aliaque teterrima symptomata momento temporis evanuerunt . Ita testatur idem Medicus = *Osservai guarite le piaghe della gola ; non si lagnava più l' Infermo della solita nausea del cibo , nè lo vidi più inclinato al vomito , e quello , che più mi fece stupire, lo vidi istantaneamente ripigliato nel suo colore naturale , e acquistate in un subito talmente le forze smarrite , che poteva far da se senza l' altrui ajuto tutte le sue funzioni* = (b) . Alter Medicus Consultus propter subitam in Ægro gravissimorum symptomatum cessationem admiratione affectus Ægrum, nonnisi divinitus a lethali morbo evasisse affirmat = *Lo credevo divino Miracolo ottenuto ad intercessione del Servo di Dio Alfonso Maria de Liguori , giacchè il morbo era mortale , nè era possibile curarsi con mezzi umani* = (c) qua sane in re tota existit natura Miraculi secundum D. Augustinum , (d) qui illud sic definit = *Est arduum & insolitum ultra spem , & facultatem admirantis* = .

34 Ad hæc accedit , (ut nulla non ex parte Divini operis perspicuitas eluceat) quod etiamsi morbus hic , gradum incurabilitatis , ad quem ipse Ego sum Auctor , illum jam pervenisse , nondum adeptus fuisset , adhuc tamen unius diei spatio fugari , abigique non potuisset, quemadmodum inter cæteros demonstrat Petrus Zacchia = (e) *Morbos,*scilicet *longos non posse naturaliter , nisi paulatim , & longo temporis intervallo superari* = . Nemo enim Phthisim Pulmonalem confirmatam, pulmonis ulcus , febremque hecticam tam brevi temporis intervallo abacta , debilitataque vidit , aut legit usquam : Cum autem in modo etiam sanationis Miraculi ratio posita sit ex iis , quæ

(a) *Sum. pag. 29. §. 89.*
(b) *Sum. pag. 29. §. 86.*
(c) *Sum. pag. 32. §. 110.*
(d) *D. Augustinus tom. 6. de utilit. cred. cap. 16.*
(e) *Zacch. quæst. Med. leg. 105. art. 8.*

quæ tradit D. Thomas (*a*) scilicet, ut qui morbus naturaliter nonnisi diuturno tempore curari valet, si ad preces alicujus Servi Dei citissime desinat, is certe peculiari ipsius Dei, ac supernaturali præsidio victus communiter existimetur. Multo etiam magis, si post extinctum gravissimum morbum nullæ supersint, quæ longitudini ipsius proportione respondeant convalescentiæ reliquiæ, ut in nostro casu, in quo Pater Franciscus vomica, ac pulmonali Phthisi cum Marasmo per aliquot menses divexatus, perfecte reconvaluit momento temporis, nulla superstite hujusce diuturni, atque conclamati morbi reliquia. Etenim Hyppocrates (*b*) magnus ille Medicinæ Præceptor nos edocuit = *quæ longo tempore extenuantur corpora, longo quoque tempore reficere oportet, quæ vero brevi, breviter* =.

35 Præterea nulla ab arte petita a ljumenta contulerunt, quod sane evidenter ostendunt attestationes Medicorum, qui unanimi sententia remediorum inutilitatem contra proprium decus candide fatentur. Nam extolli quandoque morbos, quo magis illi præstitisse videantur, asseruit Celsus; sed è contrario amplificare in Ægris periculum, ut inde notam, atque ignominiam impotentis referat, ignavi, stolidique potius, quam ingenui hominis arbitrarer. Medicus vero curationis postquam multa exhibita abs se pharmaca enumerasset, tandem concludit = *Però mi accorsi bene, che il male in vece di cedere sotto la forza de' Medicamenti, vieppiù si avanzava, e diventava ostinato*= (*c*) & inferius = *Io, ed il Con-Professore giudicammo naturalmente insanabile, e incurabile il detto male, onde non stimammo più prescivergli altri medicamenti* (*d*) = *Li rimedj furono interdetti giunto che fù nel conclamato stato di sua vita*= (*e*).

36 Perfectam denique, numerisque omnibus absolutam sine ulla recidiva, vel reversione morbi fuisse sane sanationem Patris Francisci ipsemet conceptis verbis affirmat Medicus curæ = *Da quel tempo sin oggi per lo spazio quasi di anni dieci non ha patito più il detto Padre Francesco un simile male, ma tuttora si conserva in perfetto stato di salute, come io ne sono Testimonio oculare* (*f*). Alter Medicus *E da quel tempo sin oggi non è stato mai più il suddetto Padre Francesco afflitto da positivo vizio nel petto, come io l'ho veduto, e trattato* = (*g*).

37 At enim vero cum non solum objectas, sed in Actis ipsis inventas, & non relevatas difficultates in medium afferendas, ac pro virili parte diluendas nostri muneris esse censeamus, ingenue fateri debemus, quod Rmus Pater Fidei Promotor maximo, quo pollet ingenio, omnes industriæ nervos impenderit in perquirendis nonnullis rationum momentis contra hanc miraculosam sanationem, quæ tamen ejusdem splendorem nullo pacto imminuere valent.

38 Hæc inter locum habet sanguinis, purisque copia, quæ per quadrimestre spatium tussis ope excreta fuerit, quæque exaggerata existimatur, eo quod libras quatuor quotidie æquaret, ac interdum exuperaret, prout in Actis legitur. At mirum Id videri non debet. Nam Æger haudquaquam purum sanguinem excrevit, sed purulentis

(*a*) D. Thomas *Part.1: quæst.105. art.8.*
(*b*) *Hyppor. Aphor. 7. sect.2.*
(*c*) *Summ. pag.25. §.63.*
(*d*) *Summ. pag.26. §.69.*
(*e*) *Summ. pag.32. §.112.*
(*f*) *Summ. pag.30. §.92.*
(*g*) *Summ. pag. 22. §.111.*

tis materiis immixtum, atque non uno, eodemque tempore, sed per intervalla. Inficiari non possumus, quod si una vice, seu uno tempore adeo magnam puri sanguinis quantitatem excrevisset Æger, vitam haud quaquam protrahere potuisset, quod tamen dici non potest, quoties per vices educatur, quo sane in casu illi tantum sequuntur effectus, qui etiam deprehendebantur in nostro Ægro, macies scilicet maxima, debilitas &c. licet de die in diem reproducatur eadem quantitate, quæ satis sit ad vitam saltem sustinendam. Insuper consona Ægri Medicorum, & omnium Testium expressio quatuor librarum sanguineæ, & purulentæ excretionis, quæ singulia diebus contingebat, accipi debet ita, ut sanguis, & pus basim præberent hujus excretionis, cujus vero integrum pondus, seu mensuram constituebant etiam mucus, & lympha, quæ simul cum sanguine, & pure quotidie excernebantur. Præterea in perlustrandis rei Medicæ Scriptoribus innotescit, quod sæpe sæpius in Extispiciis Phthisi Defunctorum nonnisi parva pulmonis portio est superstes, cum reliqua destructa fuerit ab iteratis suppurationibus, hinc mirum, quomodo iidem vitam ducere potuisseut cum adeo parva parte superstite hujus visceris ad vitam adeo necessarii: speciosa itaque videtur summa educta ab Egregio Censore (a): quatuorcentum quadraginta librarum sanguineæ, & puruleutæ materiæ, quam intra quadrimestre spatium Æger hic excreverit.

39 Subtilis æque, & admodum accurata est partitio ægritudinis Patria Francisci in quatuor stadia, quam efficit Præstantissimus Censor. Quid inde? Consultius videtur hanc juxta communem Medicorum morem in tres periodos, seu gradus distinguere, quorum primus initium sumit a Mense Novembris, atque extenditur ad Maji mensem, quo nimirum tempore evenit Vomicæ aperitio, quæ sese prodidit copiosa sanguineæ, & purulentæ materiæ excretione; tunc alter ingruit gradus, cui celeriter tertius successit, seu postremus, qui Phthisis confirmatæ, seu Marasmi nomine designatur, itaut si non prius, saltem mense Augusti ad hujusmodi gradum pervenerat Patris Francisci œgritudo. Primus autem gradus, qui præseferebat febres cum rigoribus invadentes; cumque sudore circa pectus præsertim remittentes, doloreaque rehumaticos, majoris extensionis, seu durationis fuit, prout passim obervatur, atque non ita facile tunc temporis dignosci, ac definiri poterat morbus, quod sane generatim contingere solet, atque hinc factum est, ut Medici omnes edoceant, quod Phthisis in primo gradu facilius curetur, sed difficilius dignoscatur. Ast superveniente copiosa sanguinis, ac saniei per os tussis ope excretione, quod nona Maii die contigit, illico morbus palam se prodidit, atque facile explicari potuit, unde ortum duxerint febres illæ, quæ præviis rigoribus invadebant, scilicet a suppurationibus, quæ in pulmone efformabantur, atque a pure, quod mora in eodem acrius evadebat, ac sensim sine sensu internam cavi superficiem erodebat: unde ulcus in pulmone effectum fuit. Ulcera, ut salutarem exitum habeant; ad conditionem puri vulneris redigi debent, antequam bona consolidatio loci affecti sperari possit. Facile autem patet, hic majorem difficultatem occurrere, cum nec oculis videre possimus ulceris mutationem successivam, nec manibus

(a) Nov. Animadvers. §.32. 33. 34.

bus accessus detur, ut topica remedia ulceroso loco tantum applicentur. Præterea ob assiduum ipsius pulmonis motum nec crusta, nec mucus induratus efformari possunt ita, ut remaneant adhærentes. Ulcera hæc nuda assidue exponuntur actioni aeris supra eorumdem superficiem, ideoque eorum materia purulenta, etiamsi blanda sit, immutatur in ichorem, qui non solum præpedit consolidationem, sed etiam ob ejus actionem supra eorum circumferentiam suam symbolam præbet, ut ulcus ipsum magis serpat, & majus fiat, prout inter cæteros docet Clarissimus Darwinus (*a*). Id autem luce clarius apparet in nostro Ægro ex perdurante copiosa puris excretione, & febri in continuum, seu hecticam immutata, ac demum ex virium dejectione, & ex macie, quæ in dies increverit, itaut Augusto adveniente mense ad Marasmum pervenerit.

40 Id sane non contingit in simplici vomica, quæ ulcere pulmonali haud stipatur; hac enim adaperta, & pure in eadem contento intra breve temporis spatium excreto, quam cito desinunt ea gravia symptomata, quæ aderant ante vomicæ aperitionem, & Æger reconvalescit. Ad hanc rem locum habet Hyppocratis monitum = *Quicumque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta dies purgentur a die, qua fit ruptio, liberantur, si vero non, ad tabem transeunt* = (*b*). Loquitur hic Medicinæ Parens de ea vomica, quæ sequitur Pleuritidem, vel peripneumoniam suppuratam, ex qua interdum evadunt sani, & incolumes, ubi ingens puris copia simul & semel expuitur, secus ac contigit, ubi vomica Hæmophthisim, seu sanguinis sputum sequitur, aut lente, ab humorum congestione progignitur. Nihilominus Hyppocrates edocet, quod si ultra quadragesimum diem, qua adaperta fuit vomica, perseverent puris expuitio, aliaque symptomata, non amplius superest, salutis spes, sed transitus fit ad insanabilem tabem. Verum in nostro Ægro die decimanona Junii completum fuit hoc observationis tempus, seu quadraginta dierum spatium, sed Æger in pejus semper ruit. Ut autem prænosci, ac distingui possint, qui ex vomica, seu ex suppuratione evadere, aut qui contra interire soleant, sedulo consideranda sunt signa, quæ traduntur ab Hyppocrate (*c*) quæ inter principem locum hæc habent= *Illi evadunt, quos febris post ruptionem dimittit, quibus pus album, leve, concolorque est, idque sine labore a valida tussi expurgatur* = *Morituri vero alii, quod febris non deseruerit, vel cum videretur deserere, denuo recalescens innotescit, ac præsertim pus viride, lividumque sputum, vel pituitosum, spumosumque redditur* = Ægrum vero, de quo disputatur, febris post ruptionem non dimisit, imo vero evasit febris continua hectica: pus non fuit album, & leve, sed cinereum, sed lividum, viride, & maxime fœtidum. In hoc igitur rerum statu nihil sane sperandum, sed potius vehementer timendum erat in misero Ægro, id scilicet, quod Hyppocrates minatur 5. *Aphor.* 15. videlicet de transitu in tabem, ac mortem..

41 Neque juvat hic in medium afferre historiam a Galeno traditam, quam referunt Swietenius (*d*) & celeberrimus Censor *in* §. 48. *nov. Animadvers.* Puellæ nimirum *pulmonis vomica laborantis*, cum

C spi-

(*a*) Darwin Zoonomia *tom.* 4. *pag.* 436.
(*b*) *Hyppocr.* 5. *Aphor.* 15.
(*c*) *Hyppocr.* 2. *prognost.* 63.
(*d*) *Ad Boer hav.* §. 406.

spinæ distorsione, quæ purulenta dysenteria per plures dies durante sanata fuit, licet ingens debilitas, & pessima plura signa persuasissent expertissimis Medicis, nihil spei amplius superesse, neque tantum ex ipsis orci faucibus sic erepta fuit hæc puella, verum etiam spinæ distorsio sponte emendata fuit. Verum credat Judæus Apella. Non omnes observationes, quæ apud Scriptores rei Medicæ perleguntur, omnem fidem merentur, cum non raro in Musæo effinctæ sint, aut ab aliis Scriptoribus fide haudquaquam dignis excerptæ: Quomodo distorsio spinæ, cui incassum ab omnibus Medicis efficaciora intus, & extus usurpantur medicamenta sponte amoveri potest ? Præterea Swietenius loquitur *de vomica clausa*, in qua locum habere potest hæc puris resorptio, prout reapse erat vomica, qua detinebatur Puella a Galeno, & ab eodem Scriptore relata, atque fuit etiam in nostro Ægro usque ad nonam Maji diem, qua hujusmodi vomica reserata fuit. Sunt enim verba Swietenii = *Pus in loco cavo corporis collectum resorberi sic posse v nosis osculis, & sanguini misceri, docent observata plurima* = (a) Addit tamen prælaudatus Auctor = *Semel enim ad ultimam perfectionem ubi pervenit pus, album nempe, crassum, leve, æquabile, & inodorum redditum tunc sensim incipit degenerare, & quotidie in pejus mutari. Extra vasa enim hæret, neque amplius circulationis legibus subjacet; sed stagnat, & calore loci spontaneam mutationem sequitur, qua in putredinem vergit. Quamvis enim in loco clauso, nullo aere admisso, lentius corrumpantur omnes animalium partes, putrescunt tamen* = (b) Idem Auctor monet = *Si diu clausa maneat vomica, periculum augetur*=(c). Hinc ut hujusmodi puris resorptio salutarem exitum habeat, necesse est, ut pus haud diu immoretur eo in loco, in quo colligitur, ideoque haudquaquam vomica a longo tempore sit efformata, nec pus in ea collectum hanc pessimam degenerationem assequatur. Puri enim in vomica nimis diu retento perit illa unctuositas, & balsamicus lentor, quo cremorem lactis fere æmulatur, atque in tenue ichorosum fluidum mutatur: hanc vero tenuitatem auctam semper comitatur major acrimonia; tota ergo superficies cavi loci, quo pus illud attenuatum, & acrius factum continetur, alluitur continuo tenui jam, & rodente ichore, unde tenella vasorum extrema hic hiantia destruentur, humores effusi in similem corruptelam abibunt; adeoque erosis parietibus cavi continentis, augebitur vomicæ magnitudo, & ab humoribus huc delatis per erosa vasa crescet puris copia. Innumera jam, & ubique obvia apud probatissimos Auctores observata docuerunt, a pure diu relicto, & putrefacto consumi, & erodi etiam solidas corporis partes: Hinc patet, quomodo ex pure in vomica diu relicto efformetur ulcus, & signa venosis osculis contiguis ejusdem portio resorbeatur, cacochymia purulenta sanguinem inficiet, unde febris hectica, & Phthisis sequuntur. Minor metus est funestorum malorum, quæ sequi possunt, ubi pus in sanguinem resorbetur, & cum humoribus nostris per vasa fluit, postquam rupta vomica, liber puri factus fuit exitus; sed in pulmone ulcerato aliud obtinet: omnis enim sanguis totius corporis rapido motu a corde proximo pellitur

(a) *Idem loco cit.*
(b) *Idem loco citato.*
(c) *Idem pag. m.68. §. 1206.*

litur per hoc viscus, & ulcerosum locum alluit; quidquid absorbetur de pure per venas patentes in superficiem sacci ulcerosi brevi via celeriter ad cor sinistrum venit, & mox cum sanguine per aortam expellitur ad omnes corporis partes: deplentur enim venæ pulmonales citissime, adeoque facilior nascitur occasio resorptioni. Unde patet evidens ratio, quare sanguinis infectio purulenta in ulcere pulmonali magis metuenda sit, quam in aliis partibus corporis similiter affectis. Demum Swietenius posquam in medium attulerit historiam Puellæ a vomica pulmonali vindicatæ animadvertit = *Pus in abscessu clauso collectum vix resorbebitur, nisi jam tenuius, & acrius factum fuerit; dumque sanguini mixtum per vasa fluit, majorem adhuc acquiret acrimoniam, unde pessimæ sæpe febres, sanguinis corruptio, & infinita mala sequi poterunt* (a) = Quod sane evidenter ostendit, hunc clarissimum Virum haud omnem fidem præbere historiis allatis a nonnullis Scriptoribus, ex quibus evincitur, quod vomica pulmonalis interdum salutarem exitum habuerit. Aliquas tamen ipse referre non dubitavit, ne easdem ignorare videretur.

42 Urget autem, qua pollet eruditione, & ingenio R̃mus Pater Fidei præclarus Promotor, atque objicere haud omittit, quod per illam periodicam repurgationem, qua ægrotans ex ore ingenti copia expuebat pus sanguine admixtum in singulos dies abstergeretur cistis, qua pus ipsum colligebatur, quin ulcus in pulmone efformaretur, atque ad id comprobandum Hyppocratis utitur Auctoritate, quæ tamen, nisi mea me fallat opinio, magis, magisque commonstrat hujusmodi miraculosam sanationem. Re quidem vera Medicorum Princeps Hyppocrates edocet = *Ægrum vomica affectum* tabescere, & plerumque perire, *si non possit vomica multo tempore rumpi, neque sponte, neque medicamentis: nam si quam citissime maturuerit, & ruptum fuerit, & sursum vertatur pus, & totum expuatur, locusque cavus, in quo pus subsidebat, resiccetur, prorsus sanus evadit* = (b). In hujusmodi textu, prout docet egregius Commentator Petrus Salius Diversus, ex suppuratis in pulmone tuberculis, qui eventus succedant, declarare intendit Hyppocrates, explicans, qui Ægri ex his aut cito, aut tarde vel pereant, vel salventur. Salvantur illi, & cito, qui has quinque conditiones habuerint. Prima est, ut tuberculum citissime suppuret: Secunda, ut facta, & completa suppuratione, citissime pus erumpat: Tertia, ut ad superiora, non ad inferiora pus vertatur, & per tussim excreetur: Quarta ut totum pus per sputum expurgetur: Quinta, ut cavitas illa, in qua pus continebatur, agglutinetur, & in totum adeo resiccetur, ut inde nec ichor, nec sanies resudare possit. Quoties aliqua ex prædictis conditionibus defuerit, haud evadere queunt hoc morbo detenti, prout docet Hyppocrates in textu sequenti, in quo incipiens ab ultima, inquit, quod si primæ quatuor conditiones adsint, ultima autem desit, videlicet post puris expurgationem non resiccetur cavum, in quod illud collectum fuerat, ægrotans peribit, quia necessario pus de se producens ulcus purulentum incurreret, ad quod confluentibus a reliquo corpore humoribus in deterius progreditur, unde Ægroti necessario *Phthisici*, seu *tabidi*

 mo-

(a) *Idem loco cit.*

(b) *Hyppocr. lib. 1. de morbis cap. 8.*

morientur. Qua ratione tandem pereant Ægri, edocet inferius; tribus nimirum modis, vel *fluxu alvi superveniente, vel in totum purulento, ac putrido facto pulmone, vel ex copioso, & iterato sanguinis fluore*. (a) Verum quomodo resiccari poterat cavum illud, in quo pus continebatur, cum pus ipsum abundanter ex eodem semper prodierit, ac symptomata semper ingravescerent? Quid portenderunt excrementa liquida, atque fætida, quæ supervenerunt nostro Ægrotanti tempore sanationi proximo (b) non solum edocet Hyppocrates superius, verum etiam aliis in locis, & potissimum in *Aph.* 14. *Sect.* 5. = *A tabe detento alvi profluvium superveniens lethale* = Item Swietenius ait = *Alvi fluxus finem imponere solet Phthisi consumatæ* = (c) Id confirmat Aretæus = *Hujusmodi Ægrotis si alvus perturbetur, Actum est. Tabidis nihil perniciosius est alvi profluvio* = (d). Quid plura? Diarrhæa Phthisico superveniens Medicorum omnium sententia vicinam mortem portendit.

43 Videt R. S. Fidei Promotor non minus ingenii acumine, omnisque severioris, atque elegantioris doctrinæ laude, quam ingenuo quodam animi candore excellens, quod objecta, quæ hucusque proponit, haud satis sunt ad aliquantisper obscurandum hujusce portentosæ sanationis splendorem, hinc lubenter assentitur, quod ægritudo Patris Francisci Phthisis sit Pulmonalis a vomica pulmonis proficiscens, verum contendit, quod hæc Phthisis sub fine mensis Augusti haudquaquam ad tertium gradum devenisset, seu ad Marasmum. Non hic multum immorabor in confutandis, atque explodendis hisce, aliisque similibus difficultatibus, quæ in §. 50. novarum Animadversionum leguntur; eo magis quod ex dictis superius non modo sperare, sed confidere plane liceat, hisce de rebus omnem sublatum, & extinctum iri controversiam, & disputationem. Extrema enim macies, qua Pater Franciscus detinebatur, tamquam sceleton arida tectum pelle, aliis teterrimis stipata symptomatibus, nonne Marasmum constituit? Summa enim extenuatio, ut corpus sit instar sceleti pelle tecti, vocatur Marasmus (e). Marasmus autem in Phthisi est secundarius, non primarius morbus, seu est symptoma, quod comitatur postremam Phthisis periodum, cumque febris hectica, seu continua inter signa recenseatur characteristica Phthisis, eo quod numquam abesse potest a Phthisi, præsertim confirmata, ideoque neque a Marasmo, qui comitari solet ultimum stadium, seu gradum Phthisis. Solus hic Marasmus una cum febri hectica, & puris expuitione satis essent ad demonstrandum tertium gradum, seu ultimam periodum Phthisis Pulmonalis. Verum in nostro Ægro aderant etiam maxima debilitas, artuum inferiorum oedema, gutturis ulcera, alvi fluxus, aliaque hujusmodi symptomata, quæ in Phthisicis confirmatis deprehenduntur tantum, quoties mors in propinquo sit.

44 Neque brevis dici potest hujusce morbi duratio, cum ex Actis constet Patris Francisci ægritudinem initium duxisse mense Novembris, at-

que

(a) *Petrus Julius Diversus in Hyppocr. de morbis lib.* 1. *pag.* 119. & 120.

(b) *Summar. pag.* 19. §. 19. *pag.*24. §.49. *pag.* 31. §.102.

(c) *Aretæus lib.* 2. *cap.* 8. *de Phthisi*.

(d) *Burserius Prax. Medic. Vol.* 7. *part.* 1. *Cap.* 3. *pag.* 69.

(e) *Gorter Medicina Hyppocrat. Aph.* 7. *lib.* 2., & *Compend. Medic. tract.* 52.*n.* 49.

que ad terminum usque mensis Augusti perdurasse, quo instantaneam conclamatissimi morbi ope V.S.D. sanationem obtinuit. Inficiari non possumus, quod morbus hic magis, magisque se prodidit nona die Maji, aliisque diebus subsequentibus, quibus pus pravæ indolis sanguine admixtum ingenti copia ex ore excerni cæpit, quæque excretio sævientibus gravissimis symptomatibus ad extremum morbi perduravit: Quæ omnia evidenter ostendunt, quod sordidum, atque immedicabile ulcus jam efformatum fuerat, antequam inciperet puris sanguine admixti expuitio, seu ante Maji mensem. Hinc Swietenius docet, quod *ubi diu manet puris sputum, nec minuitur, sed increscit, merito perniciosum habetur* (*a*). Variis de causis Phthisis pulmonalis aut longiorem, aut breviorem durationem præseferre solet; Sed potissimum ii tantum longo tempore interdum superstites ægri hunc morbum ferre possunt, cum nempe in minori pulmonis lobulo pus colligitur, nec propagatur ad vicinos, vel saltem tarde admodum. Ut plurimum protrahitur morbus hic, dum nimirum post obtusum in intimo quasi pectore perceptum una cum aliqua respirationis difficultate sputum prodit puruleutum cum levamine, & sensim minuitur sputi copia, & satis bene se habere videntur tales ægri: post paucos vero menses omnia eadem redeunt symptomata, dum novum nempe tuberculum pus collegit, & rumpitur. Verum ubi plura simul tubercula abeunt in vomicas citius pereunt, prout inter cæteros docet Swietenius (*b*). Insuper, si Phthisici in pulmonibus foveant tubercula, sive nodos scirrhosos a materia viscosa lentescente, & in duritiem abeunte, ita tabidi per plures annos vivunt. (*c*) Cui Tabis generi *siccæ* nomen apposuit Hyppocrates (*d*). Sic in cadavere hominis lenta Phthisi confecti, qui ad seros annos sua munia rite agere potuerat, tubercula scirrhosa pulmonem obsidentia reperit Hoffmannus (*e*). Cum itaque laboraret Æger noster non uno, alteroque tuberculo, sed insigni, maximaque vomica, quæ amplum, & sordidum pulmonis ulcus effecerat, proinde ex ipsius Swietenii sententia admirationem affert, quod idem vitam protrahere posset ad diem usque miraculosæ sanationis.

45 Ex hucusque dictis luce clarius apparet, quod Pater Franciscus ab Octajano re vera laboraverit *Phthisi Pulmonali*, quæ, a *vomica pulmonis* ortum duxerat; quodque hæc *confirmata* erat, seu ad *tertium* usque *gradum*, seu *Marasmum* pervenerat, non autem ad secundum dumtaxat, prout contendit Censor doctissimus. Hic vero adnotandum, quod Neotericis Medicis magis arrideat ea Phthisis Pulmonalis sola distinctio, quam ex Sennerto indicavimus superius in §. 9. in *incipientem*, & *confirmatam*, quæ confirmata Phthisis necessario præsefert Marasmum. Discrimen, quod utræque portendunt, paucis complectitur celeberrimus Burserius = *Si ulla salutis spes in pulmonari phthisi effulget, ea tantummodo in incipienti locum habere videtur; nam confirmata vix umquam curationem admittit* = (*f*) Hisce verbis prælaudatus Vir ostendit, quod hic morbus etiam sub sui Initio raro curationem admittat. Verum Phthisim in-

(*a*) *Swieten. in Boerhaave pag. 69. §. 1206.*
(*b*) *Idem pag. 61. §. 1205.*
(*c*) *Aretaus lib. 3. cap. 8.*
(*d*) *Hyppocrat. lib. de Ossium natura c. 8.*
(*e*) *Hoffman. obs. 6. cap. 11. tom. 4. p. 4.*
(*f*) *Burserius Institut. Medicina Practica vol. 7. part. 1. cap. 3.*

inter graves, & curatu difficillimos morbos vel primo loco esse collocandam, non modo in vulgus tot tristibus exemplis cognitum extat; verum etiam a Medicis longa experientia comprobatum (a). Ipse Hyppocrates ita judicat = *Tabes cum fiunt, necessitatem habent, ut interimant* = (b). Necnon Timæus a Guldenhlee hæc habet = *Ingenue fateor in tota mea praxi, quam triginta septem annis exerceo, neminem ex iis, qui ulcere pulmonum affecti fuerunt, integræ sanitati restituere potui, etiamsi nihil intentatum reliquerim, quod ad curationem hujus mali ullo modo facere poterat, neque ab aliis celeberrimis Medicis quempiam restitutum vidi* = (c) Id ipsum ingenue fateri ego etiam possum longa quadraginta annorum praxi edoctus. Superest nunc, ut expendamus, quanti faciendi sint sudores illi, qui prope tam mirabilem sanationem in eodem apparuerunt, quosque *criticos* fuisse doctissimus Præsul Fidei Promotor contendit; Ast Crises in morbis acutis locum habent, non vero in chronicis, ac potissimum in Phthisi Pulmonali, ideoque a celeberrimis rei Medicæ Scriptoribus, qui de hoc morbo sermonem instituunt, nulla fit mentio de crisi per sudorem, aut per aliud corporis emunctorium, cujus ope hic morbus solutus fuerit. Ast frequenter iidem verba faciunt de *symptomaticis*, seu *colliquativis* sudoribus, quibus obnoxii esse solent Aegri Phthisi pulmonari laborantes, quibusque haudquaquam immunis fuit noster Aeger sub ægritudinis decursu, ac præsertim sub decremento febrium illarum, quibus septimestri spatio per intervalla afflictus fuit, antequam tussi marcidum cruorem excrearet, prout ex Actis constat (d). *Colliquativi*, seu *corruptorii* hi sudores ideo dicuntur, eo quod a pure mixto sanguini per ulcerosum pulmonem fluenti, vel ab eodem resorpto venis bibulis, totus sanguis inficiatur, & funduntur humores, sic ut per sudorem exeant affatim de corpore. Præterea ex Physiologicis constat, quod per pulmonis actionem exactissima fiat miscela omnium humorum, & debita densitas sanguini concilietur; crudusque Chylus rite elaboretur; Hinc quoties per vomicam, aut ulcus in pulmone natum debilitetur pulmonum actio, minus firma evadet sanguinis compages, & minus accurata omnium sanguinis partium miscela inter se. Ast sudor ille universalis, quo se madefactum invenit Pater Franciscus post quinque horarum placidum somnum, quem feliciter sumpsit vix implorata ope Ven. Servi Dei Ligorii, *Criticus* non fuit, utpote quia Phthisis Pulmonalis haud morbus est, qui solvi possit per Crisim, atque si per hanc viam solvi posset, quod tamen, uti superius innuimus, nullo pacto contingere potest, haudquaquam hæc sudoris excretio brevi tempore perdurans, par fuisset morbi intensitati, illiusque durationi. Aegritudo enim adeo gravis plurium mensium cum extenuatione totius corporis, & cum magna virium debilitate, non poterat tam subito removeri ope hujus brevis sudoris. Præterea si sudores illi, qui repetitis vicibus apparuerunt sub fine cujuslibet paroxysmi febrilis per septimestre spatium ante aperitionem vomicæ ulmonalis haud valuerunt hunc morbum profligare,

quo

(a) *Hoffmannus opera Medica tom.3.part.4. cap. Xt. pag. 287.*

(b) *Hyppocr. lib. 1. de morb.sec.2.*

(c) *Timæus Epist. 2. lib 3 §. 103.*

(d) *Summar. pag. 24.§. 52. & pag. 31.*

quó tempore haudquaquam sese patefecerat læsio pulmonis, seu ulcus in hoc viscere, multo minus salutares esse poterant tunc temporis, quo ulcus immedicabile jam in pulmone erat efformatum, ex quo Phthisis erat secuta, ideoque Aeger nonnisi divinitus ab hujusmodi lethali morbo evadere poterat. Verum licet symptomatici fuerint illi sudores, quibus antea, seu toto morbi decursu obnoxius fuit, nihilominus diversæ indolis fuerunt illi, qui apparuerunt paucis horis post imploratam Ven. Servi Dei opem. Nos haud existimare possumus eosdem sudores *symptomaticos*, cum morbus jam fugatus fuerit a tempore, quo hujusmodi sudores apparuerunt. Neque mirum, si curæ Medicus, auditis sudoribus, antequam inviseret Aegrum, *symptomaticos*, & *colliquativos* esse dixerit, prout morbi hujus natura præseferre solet, ac proximum Aegri interitum pronunciarit, eo magis quod pridie ipsum absque ulla salutis spe jacentem, & animam penitus agentem viderit: Verum statim ac Patris Francisci cubiculum ingreditur, eum contra spem reperit sanum, suumque retractat judicium = *restai deluso, ed ingannato sopra questo mio medico giudizio* = (a) si enim rite perpendatur sanationis modus, ac tempus, facillime innotescet, quod statim ac Pater Franciscus deprecatus fuit V. D. S. de Ligorio, ut esset sibi propitius, & apud Deum Intercessor, illico, & momento temporis ab hujusmodi gravissimo morbo fuit vindicatus. Re quidem vera statim rogavit Amitam, atque obfirmato animo institit, ut sibi pararet duriusculum pulmentum, quod sane evidenter ostendit, eumdem a molestis morbi symptomatibus levatum esse, validasque vires jam experiri. Sumpto autem pulmento, somno se dedit, cessavit tussis, cessavit ad vomitum incitamentum: placide, & dulciter dormit, neque expergiscitur, nisi quinque solidis transactis horis. Interim ingenti sudore madefit; expergefactus advenienti Amitæ, quæ ad exsiccandum sudorem eum adjuvat, non sine gaudio redditam sibi sanitatem manifestat. Non se certum dixisset de sanitate sibi restituta, nisi sublatis morbi symptomatis indubia salutis apparuissent indicia. A sudore detersus, iterum dormit, & ad matutinas usque horas dulcem protrahit somnum.

46 Quæ cum ita se habeant, concludi merito potest, quod isti sudores, quos tanti faciunt tum Defensores, tum doctissimus Censor, tantum secuti sint instantaneam, numerisque omnibus absolutam sanationem, quam Pater Franciscus vix implorata ope V.S.D.Ligorii a D. O. M. fuit assecutus, ideoque neque *critici*, neque *symptomatici* ullo pacto dici possunt, sed consultius videtur, eosdem respicere veluti *accidentales*, quos tamen promovere certe potuerant aut *vehemens animi commotio* ob recuperatam, jam a Medicis conclamatam Valetudinem, aut *placidus* ille aliquot horarum *Somnus* post vigilias per longum tempus toleratas, cujus ope, uti ex Physiologicis constat, omnes secretiones rite peraguntur, & præsertim cutanea excretio adaugetur. Demum suam symbolam *præbere* etiam poterat illum pulmentum paulo ante avide assumptum, ac sine ulla molestia, secus ac antea eveniebat, in stomacho retentum.

His

(a) *Summar. pag. 28. & seq. §. 81. ad §. 85.*

47 His itaque diligenter perpensis, divinitus collatam Patris Francisci ab Octajano sanitatem ; quippe miram , & supra vires naturæ , censemus , salvo semper meliori , præsertim vero supremo , atque infallibili SANCTITATIS VESTRÆ judicio, cui me, meaque omnia venerabundus subjicio .

Ioseph Belli .

R E V I S A

A. Gardellini Sub-Promotor Fidei .

MIRACULUM III.

Repentinæ, absolutæque sanationis Caroli del Vecchio *Clerici Tyronis SSmi Redemptoris ab Hemophthisi cum acuto pectoris, totiusque Corporis dolore Rheumatico, tussique violenta,*

1 Summa animi alacritate, & examinis diligentia hoc tertium Miraculum, quod in Actis Beatificationis hujus Ven. Servi Dei a Postulatoribus exhibetur, aggredior expendere. Fateri tamen debeo, quod ipsomet in limine, primoque aspectu Naturæ, artisque viribus Clerici Tyronis Caroli del Vecchio sanatio potius referenda videatur, quam veris Miraculis adscribi possit. Nihilominus si juxta rei Medicæ leges rite perpendantur ea, quæ in Actis extant, eruitur, quod hujusmodi sanatio divinitus collata fuerit.

2 En morbi Historia: Carolus del Vecchio Tyro Congregationis SS. Redemptoris natus annos sex supra decem admodum gracilis, die 12. Martii 1788. dum communi octuaginta circiter Convictorum mensæ in sacro exercitiorum recessu inserviret, ingentis tabulæ epularum patinis refertæ pondus manu substinere vix valens, valido, ac repentino quodam ictu se pectore quati persentiit, Acuto statim thoracis dolore corripitur, nihilominus mensæ pro munere, ægre licet, maximaque cum molestia ministrare non destitit. Quod autem supra proprias vires id perageret, luculenter ostendit copiosus ille sudor, quo perfusus lectulo illico se prosternit vix mensa completa. Molesta inde tussi, dyspnæa, cubandi difficultate miserandum in modum vexatus fuit, atque ingruente valida tussi rubrum, spumantemque cruorem ex ore excrevit, neque una vice tantum, sed iteratis vicibus intra octiduum, licet haud neglecta fuerint idonea artis auxilia. Cæterum accesserunt etiam totius corporis rheumatici dolores, & maximus virium defectus.

3 Ex hac Symptomatum syndrome facili negotio eruitur vera morbi indoles. Quoties enim sanguis spumosus ex ore cum tussi excernitur, *Hæmoptysis*, seu *Hæmoptoe* morbus hic a Medicis appellatur, utpote quia certo certius ex vasis pulmonis hic sanguis proficiscitur. Id docuit inprimis Hyppocrates = *qui sanguinem spumosum expuunt, his ex pulmone talis rejectio fit* = (a). Dolor autem Thoracis, dyspnæa, seu spirandi difficultas si accedant, prout accesserunt Hæmoptysi, qua detinebatur Clericus del Vecchio, non solum magis magisque commonstrant, sanguinem ex vasis pulmonis derivari, verum etiam graviorem morbum portendunt. Hic vero animadvertendum est, quod sæpe sæpius occurrant morborum complicationes, prout reapse deprehenditur in nostro casu, in quo princeps, seu primarius morbus periculo plenus fuit Hæmoptysis, quæ tamen conjuncta fuit cum rheumaticis totius corporis doloribus, qui verosimiliter a neglecta sudoris abstersione ortum duxerunt.

D Hinc

(a) *Hyppocr. Aphor. 13. lib. 5.*

4 Hinc incerta haud est hujusce morbi indoles; quæ etiam a posteriori, seu ab instituta medendi methodo confirmatur. Ea enim artis auxilia fuerunt usurpata, quæ ab omnibus Medicis commendantur in Hæmoptysi, cujusmodi sunt iteratæ sanguinis missiones, narcotica; & potissimum *aethiops vegetabilis*, seu opium torrefactum, quod a priscis usque temporibus adhiberi solet in curatione cujuslibet hæmorrhagiæ, atque in primis Hæmoptysis.

5 Præterea sanguinis identidem cum valida tussi excreatus absque continua febri, & biduana inducia, quam morbus præsetulit intra unius hebdomadæ spatium magis magisque patefaciunt, quod vera Hæmoptysi hic Tyro laboraverit. Revera dolor thoracis, dyspnæa, & tussis comitantur etiam *Pleuritidem*, seu *Peripneumoniam*, in quo morbo sanguis quoque expuitur, sed parca dosi, atque ut plurimum haud sincerus: at hanc ægritudinem constanter stipatur febris acuta, seu continua, a morbi scilicet initio usque ad ejusdem terminum. Ita etiam Rheuma aut universum corpus, aut pectus dumtaxat afficiat, vel acutum, vel chronicum sit sanguinis expuitionem haudquaquam præsefert, ideoque si huic morbo sanguinis excreatus accedat, considerari debet hic postremus morbus omnino sejunctus a priori, atque respici debet veluti ægritudo complicata, prout reapse erat ea, qua detinebatur Clericus del Vecchio.

6 Hinc extra dubitationis aleam positum est, quod idem morbo complicato laboraret, *Hæmoptysi* nimirum, & *rheumaticis totius corporis doloribus*; ast hæmoptysis princeps, seu primarius morbus erat. Quamvis nonnulli Testes hujusmodi ægritudinem generico nomine, *morbi* scilicet *pectoris* designarint, uti sunt P.D. Laurentius Nigro, & Fr. Alexius Pollio, atque Curæ Medicus in Actis usurpet quoque nomen *Rheumatici pectoris morbi*, qua generica denominatione passim Medici abuti solent = *s'ammalò di Reuma di petto* (a), nihilominus tum ipsi, tum reliqui testes fatentur, sese vidisse Tyronem del Vecchio non semel, sed iteratis vicibus expuentem sanguinem sincerum, atque spumosum cum valida tussi, reijciendique modum designant, scilicet per *bucellas*, unde nil mirum si matula eodem sanguine repleretur,

7 Sola hæmoptysis ægritudo gravis est, atque periculi plena, atque id etiam Doctissimus Censor ingenue fatetur, ast contendit idem Præstantissimus Vir, quod Æger noster ad eum statum haud quaquam devenerit, ut dici posset Hæmoptysis gravis, quæque grave adjunctum haberet periculum. Sed quæso? Undenam gravitas Hæmoptysis ab eodem Cl. Viro eruitur? Fortasse a sanguinis quantitate, quæ e vasis pulmonalibus profluit? Id sane haud præbet certam regulam pro hæmoptysis exitu prænoscendo.

8 Revera triplici potissimum modo sanguis ex vasis pulmonis egredi potest, & hæmoptysim facere: vel enim rumpuntur vasa a vi quadam illata, vel ab ipsa humorum per vasa circumductorum acrimonia eroduntur, vel demum per ultima orificia eorum dilatata sanguis exit, quo in casu hæmoptysis longe minus periculosa existimatur, quam si a disruptis, aut ab erosis vasis sanguis prodeat. At non ita facile a Medicis statui certo potest modus, quo sanguis ex pulmonis vasis pro-

(a) *summar. pag. 56. §. 37.*

profluit ; & sæpe iidem decipiuntur, quatenus Ægrotantes in Phthisim insanabilem decidere injucunde vident post paucam tantum sanguinis quantitatem per os cum levi etiam tussi excretam, quam ex dilatatis vasorum orificiis derivatam fuisse iidem antea existimarunt. Præterea sanguis ex vasorum orificiis dilatatis tantum prodeuns effundi potest in pulmonis substantiam cellulosam, ibique hærere, atque corrumpi, unde ulcus pulmonis lethale interdum efformatur. Hinc factum est, ut cautiores Medici magni semper faciant sanguinis excreationem, quam Cl. Tozzi inter graviores Pulmonis affectus merito recenset.

9 Ut autem rite prænosci queat discrimen, quod portendere potest sanguinis sputum, seu hæmoptysis, tria potissimum perpendenda sunt, 1. nimirum ægrotantis ætas, 2. temperamentum, corporisque habitus, 3. demum symptomata, quibus stipatur.

10 Duabus enim rationibus Hæmoptysis vitæ discrimen afferre consuescit, scilicet vel ob subitam rupturam vasorum, si majora fuerint, ægri purpuream evomunt animam, & subito pereunt, quales casus plures in observatis Medicis habentur; si autem primum, hoc discrimen evaserint, alterum imminet periculum, quod scilicet sequatur ulcus, quo in casu Hæmoptysis mutatur in phthisin pulmonarem.

11 Hic autem transitus hæmoptysis in phthisin pulmonarem jure omni ac merito pertimescendus est in adolescentibus, ac juvenibus. A suis usque temporibus Hyppocrates observavit, tempore adolescentiæ, & juventutis frequentius fieri Phthisin, quam in reliquis ætatibus, quod etiam his temporibus constanti observatione practica confirmatur, unde in juvenili corpore quædam naturalis debet esse causa corpus disponens ad suscipiendam phthisin. Ea dispositio cuique satis patere potest, si rite perpendatur naturalis mutatio incrementi corporis, & augmentum virium. Quamdiu enim increscunt corpora mole, ejus quoque increscunt vires agentes, & magis quam increscit moles; nam vires juvenum habitu respectu corporis sunt majores, quam in pueris: ut si juvenis non acquirat molem corporis majorem, quam alter puer, corporis tamen vires præcellunt. Si ergo corpus nostrum ita tam in mole, quam in viribus increverit, circa pubertatis tempus non amplius multum increscit corporis moles, sed tamen ulterius augentur vires; ita ut potentia cohærendi in partibus mollioribus vix sufficiat hanc sustentare actionem: hinc a levissima causa incidunt in varios morbos, ac potissimum in sanguinis sputum, seu hæmoptysim = *qui morbus juvenibus est frequentissimus, & plerumque terminatur in pulmonis ulcus, ideoque hac in ætate frequentius, quam in quavis alia producitur Phthisis* = (a). Neque mirum, si Phthisis in ea ætate multo periculosior sit, cum natura prona ad morbum producendum semper curatu difficiliorem morbum progignat. In senibus econtra tum hæmoptysis, tum Phthisis rariores morbi sunt, uti etiam in virili ætate, quo vitæ tempore vasa firma admodum sunt, imo jam occallescere incipiunt.

12 Hæc autem potentia cohærendi in partibus mollioribus, quæ, uti superius innuimus, haud proportionata esse solet in Adolescentibus augmento virium, minor deprehenditur in iis adolescentibus, qui

D 2 deli-

(a) Gorter Medicin. Hyppocr. Aphor. 9. lib. 5.

delicati sunt, gracilique corporis habitu præditi, ideoque cæteris paribus, hi magis obnoxii sunt ægritudinibus, ac potissimum hæmoptysi, & Phthisi. At noster æger non solum sexdecim tantum annos natus erat, sed gracilis quoque erat = *sebbene gracile di complessione* = (a) = *egli era allora di gracile complessione, e delicato* = (b). Præterea vasorum firmitas resistit liquidis impulsis; & quo minus vasorum robur est, eo majus rupturæ periculum, & quo impetus moti per vasa sanguinis major est, eo major vis infertur vasis. Cum autem vasa sanguifera pulmonis tenera satis sint in ultimis suis divisionibus, & totum impetum cordis dexteri sanguinem pellentis sustinere debeant, patet ratio, quare præcipue pulmo ab hujusmodi causa noxam patiatur. Hinc Hyppocrates monet, juvenibus sanguinis sputum, & tabem contingere (c), & Aretæus idem confirmat = *Juvenes autem usque ad consistentem ætatem post sanguinis sputum phthisici fiunt* = (d).

13 Hinc patet ratio, cur Adolescentes, & juvenes præsertim si graciles sint frequentissime obnoxii sunt hæmoptysi, cui succedere solet ulcus pulmonis, & phthisis. Cum enim in spuentibus sanguinem non omnis in bronchia effusus sanguis emittatur ita, ut nihil superstes sit, sed semper in bronchiis, & vesiculis pulmonalibus, eo quod sursum contra naturalem sanguinis gravitatem ducendus est sanguis, quædam portio remanet, quæ corrupta hic format ulcus, quod etiam difficulter confectum pus evacuare potest, & propterea ab incumbente, & corrupto pure latius sensim serpit ulcus. Præterea pulmo continuo motu respirationis agitatus vix permittit consolidationem, atque libero aeris aditu summopere promovetur corruptio. Interim hoc ulcus minuit pulmonum præparationis actionem, & corruptum pus mixtum sanguinis massæ ita corrumpit totius corporis pabulum, ut inde vera phthisis progignatur. Swietenius merito monet = *ubi signa docent, debilem esse vasorum fabricam, & humores acres, tunc certe magnus funestæ tabis metus est, si sputum sanguinis fiat, quia causæ illæ nec tam cito, nec tam facile emendari possunt, & vasorum erosio in ulcus sæpissime degenerat* = (e).

14 Quod autem gravissima esset hæmoptysis, qua detinebatur Clericus del Vecchio, quodque maximum vitæ periculum portenderet, non solum eruitur ex ejusdem ætate adhuc tenera, atque ex gracili corporis constitutione, verum etiam ex gravibus symptomatis, quibus stipabatur. Hæc inter principem locum habent *intensus thoracis dolor*, *ferina tussis*, *dispnœa*, seu spirandi difficultas, & *maximus virium defectus*.

15 Revera levissimus in hæmoptysi dolor esse solet, imo forte nullus si per anostomosin, seu ex dilatatis vasorum orificiis sanguinis sputum fiat: nulla enim vis tunc infertur vasis, sed tantum sensim ampliantur extrema illorum orificia, quod jam adnotavit Galenus = *ob ruptum vas sanguinis rejectiones cum doloribus fieri, qui rupturæ locum designant, nec secus, quæ venæ erosione, vel derosione, sive aliter quomodolibet nominare volueris, obortæ sunt, quæ*

vero

(a) *Sum. pag.* 54. § 22.

(b) *Sum. pag.* 56. §. 36.

(c) *Hyppocr. Aph.* 29. *sect.* 3.

(d) *Aretæus de sign. & caus. mor bor. diuturn. lib.* 1. *cap.* 8.

(e) *Swieten. in Boerhaav.* §. 1198.

vero per anastomosin fiunt, hæ omnino doloris sunt expertes = (*a*). Tussis etiam raro valida est hæmoptoes tempore, sed levis potius tussicula dicenda, quia facile fluidus in tracheis hærens sanguis sursum educitur (*b*). At vehemens thoracis dolor, valida tussis, ac potissimum dyspnæa, seu magna respirandi difficultas luculenter ostendunt, quam vehemens esset causa, a qua ortum ducebat hæmoptysis, & quam gravis esset læsio pulmonis, visceris nimirum ad vitam admodum necessarii, quod magis magisque confirmatur ex maxima virium debilitate, qua detinebatur Æger. Ita testatur curæ Medicus = *trovai il paziente abattutissimo di forze con respiro stentato, ed affannoso, che mostrava voler fra breve esalar l'anima* = (*c*). Hic autem virium defectus repeti haud quaquam potest a sanguine per os excreto, eo quod haud magna fuit hujusce sanguinis copia, prout ex actis constat, neque a sanguinis missionibus institutis, quia toto morbi decursu tres tantum sanguinis missiones fuerunt celebratæ, neque demum a morbi duratione, quia vires sub ipso morbi initio dejectæ fuerunt, morbusque brevem habuit durationem. Hisce omnibus accedit, quod in dies adaugebatur potius sanguis excreatus, ita ut septima morbi die major foret sanguinis quantitas, quam tyro del Vecchio ex pulmonis vasis excreverit, unde matula eodem repleri potuerit.

16 Hisce suffultus rationum momentis arbitror, quod Hæmoptysis, qua correptus fuit Tyro Carolus del Vecchio grave adjunctum haberet discrimen. In hæmoptysi enim, quæ a vi valida pulmonibus illata pendet, atque humores boni sunt, morbus considerari potest instar puri vulneris, nihilominus perpetuus pulmonis motus per inspirationem, & expirationem, uti & aeris liber, atque ad vitam necessarius accessus efficiunt, ut difficulter consolidari possint pulmonis vulnera absque ulla suppuratione, quæ magis metuenda est in hisce, quam in vulneribus partium externarum, ubi arte chirurgica labia vulneris uniri possunt, & aer arceri. Id autem magis magisque pertimescendum erat in Tyrone Carolo ob ejusdem teneram ætatem, & gracilem corporis habitum. Ad rem Paulus Zacchia docet = *Sanguinis sputum semper malum portendit, cum hominem ostendat Phthisi obnoxium . . . . Nam palam est, quod homines ex sputo sanguinis in Phthisim incidant, & mortem* = (*d*).

17 Ast peculiarem animadversionem meretur sanationis modus, eo quod a consuetis naturæ legibus abludit. Revera ex Actis constat, quod Ven. Alphonsus apud Deum deprecator adhibitus fuerit eo tempore, quo ea aderant symptomata, quæ præcedentes sanguinis excreationes prænunciarunt, & comitata fuerunt, imo hæc ad supremum usque acerbitatis fastigium pervenerant. Verum vix implorata V.S. Dei ope non modo cessavit omnino sanguis excreatus, sed etiam illico disparuerunt omnia symptomata.

18 Quando per solam anastomosin dilatata vasorum extrema oscula sanguinem effundunt in vasa aerea pulmonis, quo in casu vasa manent integra, & ut plurimum humores boni sunt, quoties artis auxiliis, temporisque beneficio desinat sanguinis sputum, id paullatim contin-

(*a*) *Galen. de loc. affect. lib. 5. cap. 5.*
(*b*) *Swieten. in Boerhaav. §. 1199.*
(*c*) *Summar. pag. 55. §. 28.*
(*d*) *Zacchia quæst. Medic. legal. tom. 3. Consil. 77.*

tingit, prout dilatatio vasorum minuitur; & proprio elatere contracta brevi sic angustiantur, ut sanguinem rubrum non amplius transmittant, sed tantum solitos humores sanguine tenujores. Sed aut a dilatatis extremis vasorum orificiis, aut a disruptis, aut demum ab erosis vasis ipsis sanguis prodeat, quoties juxta naturæ leges hæc sanguinis excretio desinat, per aliquod tempus modo longius, modo brevius excerni solet tussis ope aliquod sputum sanguineum non amplius rutilum, sed suboscurum potius, & coactum, seu sub grumi forma, quod derivatur ab aliqua sanguinis portione jam è vasis educta, & adhuc superstite vel in vasis aereis pulmonis, vel in tunica cellulosa hujus visceris, quæ si bono ægri omine non eliminetur, mora corrumpitur, & ansam magis præbere potest ulceris pulmonalis generationi = *dum enim minuitur hæmoptysis, & tandem desinit, pars quædam cruoris cancreti manet, & in arificio vasis rupti, & etiam in ipsis bronchiis pulmonum: cum autem in summa quiete debeant manere tales Ægri, & placidissime respirent, tales thrombi quandoque per aliquod tempus manent* = (a).

19 Verum statim ac Tyro del Vecchio Ven. Alphonsi opem imploravit, ad repetitos conatus nullus amplius dolor, vel tussis, vel cruenta expuitio prodierunt, & vires antea dejectæ, illico restitutæ fuerunt. Hinc gaudio perfusus Tyronum Magistro se prorsus a morbo vindicatum annunciavit=*Padre Maestro io grazie a Dio per intercessiane del nostro Padre Monsig. Liguori sono sano; non ho più dolare al petta, nan ho più tasse, non ho più impedimento di respiro, e vedete, come io respiro liberamente* = (b). Ecquis ad haec non obstupescet? Ecquis in sanatione tam subita Miraculum non agnoscet? Ecquis non mirabitur languidum, verba proferre haud valentem, ad motum imparem illico robustum factum, & athleticum, ut ad luctam adstantes incitaret, ac se toto corpore per lectum susdeque verteret, circumvolveret, atque magna vi agitaret? Id sane repeti nullo pacto potest ab assumpto paulo ante *æthiopis vegetabilis* bolo, quod sane remedium haud valet hæmorrhagias illico sistere. Nam opium, uti animadvertit Geoffroy, fugitivum levamen affert, symptomata tantum sedando, brevi regressura (c). Id sane magis magisque dici debet de æthiope vegetabili, quod nil aliud est, nisi opium torrefactum atque de hac opii torrefactione hæc ait prælaudatus Geoffroy= *minar est opii tarrefacti virtus, non ob sulphuris narcotici, ut ajunt, exhalationem, sed quad plurimæ opii particulæ combustione destructæ fuerint* (d).

20 Hisce omnibus accedit, quod idem Sanatus haud amplius obnoxius fuerit huic morbo: nec ingentes labores, nec vociferationes, nec aeris intemperies æneum Sanati pectus infirmare valuerunt (e). At licet haemoptysis feliciter curata sit, ita ut nullum morbi signum amplius supersit, & optima quæque appareant sanati morbi indicia, certo confidere non possumus, cum sæpius observentur hujus morbi recidivæ. Hyppocrates a suis usque temporibus id observavit =*sæpe quibus vena aliqua a vulneribus, aut quibusdam labaribus, aut exercitationibus, aut alia qua-*

cum-

(a) *Swieten. in Boerhaav.* §. 1202.

(b) *Summar. pag.* 59. §. 53.

(c) *Geoffroy Materia Medica Part.* 1. *pag.* 565.

(d) *Idem Part.* 2. *p.* 563.

(e) *Sum. pag.* 52. §. 13.

cumque causa intus sauciatur; cum coaluerit, & sana esse venæ videbitur, iterum alio tempore rumpitur: iteratoque rumpitur ab iisdem causis, a quibus prius affecta erat. Quum vero iterum rupta est, sanguinem effundit; confestimque copiosum sanguinem, & crebro vomentes intereunt, aut subinde recentem sanguinem vomunt, multum autem, & crassum pus per totum diem spuentes eodem, aut consimili modo pereunt (a).

21 Revera debilis manet cicatrix vasis rupti, ita ut a levi etiam augmento copiæ sanguinis, aut motus celeritate aucta, nova fiat diruptio, unde sanguinis sputum recrudescit. Eadem ratione si extrema vasorum oscula præternaturalem dilatationem olim passa sint, facili negotio nova accedente causa, rursus reserantur. Hinc refert Celeberrimus Swietenius, se vidisse aliquoties frequenter tales hæmoptoes, & diuturno satis tempore molestas; sed in omnibus his post miserrimam vitam subitam mortem tandem secutam fuisse, undatim effuso sanguine, vel phtisim incurabilem (b). Prælaudatus Auctor addit; quod postquam per tres, quatuorve annos nulla recidiva facta fuit, tunc certa spes est, firmam vasis olim rupti cicatricem factam esse, quæ crescente per ætatem in partibus solidis corporis robore, postea non facile solvetur a causis levioribus (c). In sanato hoc Tyrone observationis tempus non trium tantum annorum fuit, sed ad tria usque lustra fuit protractum.

22 Quod autem hic morbus sui natura recidivis maxime obnoxius sit, evincitur etiam ex curatione prophylactica, quam Medici omnes summopere commendant illis semel hunc morbum passis. Boerhaavius docet, quod ubi semel accidit sanguinis sputum, sedatumque est, quibuslibet sex mensibus per aliquot annos mittendus sit sanguis, sensim tamen copiam minuendo, atque ut sex res non naturales adversissimæ sint causis, quæ morbum produxerunt; *maxime victu, vitaque blandissimis semper continuatis* (d). Medicinæ vero Parens Hyppocrates idem commendat, & cautiones aliquot tradit pro avertenda, quantum fieri potest, hujusce morbi recidiva, ne scilicet ad ventum celeriter currant, neque equum, neque currum conscendant, clamores, & excandescentiam vitent, acribus, salsis, acidis, pinguibus abstineant; simulque monet, recidivam pejorem esse primo morbi insultu (e).

23 Quæ cum ita se habeant, extra dubitationis aleam positum est, quod Tyro Carolus del Vecchio Hætmoptysi laborabat, atque simul rheumaticis corporis torius doloribus, quodque hæmoptysis primarius morbus erat, & maximum vitæ discrimen portenderet ob teneram ægri ætatem, gracilem corporis habitum, gravia adjuncta symptomata, & sanguinis excreationem in dies adauctam, unde si non lethalis, curatu saltem difficillimus morbus erat. Quibus omnibus accedit sanationis modus, qui abludit a consuetis hujusce morbi terminis, quoties vel naturæ viribus, vel salutaris artis auxiliis salutarem exitum habeat. Nam vix Ven. Institutoris ope implorata, illico sanguinis excreatio cessavit, neque amplius reversa est, omnia concomitantia symptomata illico disparuerunt, atque vires statim

---

(a) *Hyppocr. de Morbis lib.1.cap.9.*
(b) *Swieten. in Boerhaav.* §.1201.
(c) *Idem loc. cit.*
(d) *Boerhaav. de cognosc.& curand.morb.* §. 1200. & 1201.
(e) *Hyppocr. de intern. affect. cap.1.2.3.*

tim fuerunt restitutæ; quæ sane omnia neque Natura; neque Ars Medica unquam efficere poterit.

24 Jam vero præparaveram animum ad respondendum singulis difficultatibus, quas Reverendissimus Fidei Promotor acri, quo pollet ingenio, summaque eruditione subtiliter excogitavit. Sed cum videam a D. Causæ Patrono spartam hanc feliciter ornatam, id solum mihi reliquum videtur, ut Sacræ Congregationis, ac potissimo Supremo, & infallibili Sanctitatis Vestræ judicio decernendum subjiciam, num ejusmodi sanatio Miraculis tertii ordinis, quod mihi affirmandum hactenus visum fuit, sit accensenda.

Joseph Belli.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei.

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVI DEI

ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

RESPONSIO

AD NOVAS

ANIMADVERSIONES

R.P.D. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu, & ad effectum, de quo agitur.

BEATISSIME PATER

1 Quamquam mihi semper conspectus Vester multo jucundissimus est visus, Sapientissimi Judices, numquam tamen jucundior, quam cum Sacri Antistitis Ven. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO Causa dicenda est. In ea enim adeo cuncta splendent, ut cum de Virtutibus ageretur, raro, ac pene inaudito exemplo, summorum omnium virorum, quorum erat judicium ferre, in unum suffragiis, sententiisque conlatis, ac nemine prorsus, nec ipso rigidissimo Censore contradicente, de earumdem heroicitate constare decretum fuerit. Non secus me recreat, ac refecit hodierna de Miraculis quæstio. In ea quippe, quæ *duo* ad Altarium honores Venerabili Antistiti decernendos necessaria sunt, tanto Naturam superant, ut haud ad tertiam, quæ satis ultro fuisset, sed omnino ad *secundam* Prodigiorum *classem* referantur. Alterum ab undecim retro seculis inauditum abscissam gangrænósam mammillam sanam muliebri pectori restitutam, novique membri reproductio-

nem portendit. Alterum; aridum mortis scheletrum, hominem scilicet immedicabili pulmonis ulcere cum morte luctantem ad vitam, ad perfectam valetudinem restitutum.

2 Nec satis. Eo item splendore, quo Majoribus nostris alteram sanationem *supra numerum* in Miraculorum classem referentibus Causas a Causis distinguere, & nobilitare placuit, eo quoque a Vobis, justissimi rerum æstimatores decorandam Causam propono. Itaque alacer, lubensque novas vindicias aggredior.

MIRACULUM I.

Subitæ, perfectæque Restitutionis Mammillæ cum papilla ob ulcus gangrænosum magna ex parte pridie abscissæ Magdalenæ de Nunzio.

3 Quæ duo Prodigia unum hocce Miraculum exhibet; *alterum* subitæ restitutionis mammillæ magna ex parte cum papilla abscissæ: *alterum* repentinæ sanationis ulceris gangrænosi, quod abscissionis causa fuit; ea ambo inter sese hodierna die de primatu decertare videntur. Tantus est portenti splendor. Non enim nobis cum docto Censore dimicandum occurrit, an Excelsi dexteræ tam mirum opus referendum sit, quod pro sua ingenuitate non inficiatur, sed utrum Miraculi epigraphes præferre primum debent gangrænosi ulceris sanationem cum subita abscissarum partium reproductione; vel repentinam ipsam abscissæ mammæ restitutionem.

4 Sed quænam invertendi tituli ratio, aut argumentum? *Instantanea* inquis, *reproductio mammillaris substantiæ* magna ex parte *pridie* ferro anathomico *abscissæ*, si idonea, minimeque dubia probatione esset demonstrata, nemo forte ex *Consultoribus* fuisset, qui de *VERO STUPENDOQUE PRODIGIO ad secundam Miraculorum classem amandando dubitasset. Quis enim jure posset ei refragari, ac opus illud naturæ viribus appingere, quod SOLIUS EST DEXTERÆ EXCELSI? Verum dolendum maxime, quod vel omnino desit, vel in ancipiti versetur probatio facti.* Ita ne? Si unum opponas probationis defectum, res est in vado. Tot enim, tantique sunt *oculati* Testes facti historiam referentes, ut eorum dicta, paulo inferius exscribenda, non modo plenam, ac necessariam, sed *plenissimam*, & exuberantem probationem exhibeant. Antequam vero de iis loquar, quæ in causa sunt ad ea, quæ sapientissimus Animadversor deesse opponit, orationem converto.

5 Quamquam Romanorum Orator scriptum reliquerit *in Orat. ad* Brut. cap. 50. *Nec ego id, quod deest, flagito potius, quam laudo quod est: præsertim cum ea majora judicem, quæ sunt, quam illa, quæ desunt*; secus tamen Animadversioni videtur, cum de defectu examinis Medici dolet §. 3. Lucis usura eum amplius non frui, dum instituta Inquisitio fuit, vel ipsa ex actis agnovit; attamen ejusdem examen eo tantum nomine exoptat, quia is, ut inquit, poterat assertas Testium anthiologias componere. Verum quum

eas

eas vel nullas; vel accidentales probaverim (*a*) suoque loco magis, magisque ostendam, haud opus est Medico, ut illas componat. Versamur enim in re, quæ Testium æque ac Medici patebat oculis. Res scilicet est de amputata carne, cujus probatio non a Medici judicio, sed ab oculari adstantium inspectione coalescit. Immortalis Pontificis Benedicti XIV. sententia hæc est, quæ jam in canonem abiit. Is quippe *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. Medici, vel Chirurgi testimonii necessitatem excludit, *ubi morbus ex eis esset, qui per se patent, & etiam a non Medicis, aut Chirurgis cognosci possunt*. Sive ergo de mammillæ rescissione, sive de gangræna rescissionis causa, quis inquirat, ambo ex iis sunt, quæ etiam a non Medicis, aut Chirurgis cognosci possunt. Et sane de mamillæ rescissione vel ipse ingenuus Censor scribit §. 31. quod = *PERITUS NECESSARIUS NON ESSET*, *si plane constaret de rescissione, & instantanea reproductione papillæ: siquidem prodigium ab hujusmodi subjecto petendum, dependet omnino a probatione facti*, *NON A JUDICIO MEDICI*; Gangræna item, ejusque signa a non Medicis, & Chirurgis cognosci possunt, quia sensibus percipiuntur, uti docet Swietenus *de Gangræna* §. 427. = ibi = *Ubi inflammatio corporis partem externam occupat*, *SENSIBUS mutatio coloris, & reliqua signa gangrænæ &c. PERCIPI POSSUNT* =.

6 Hæc quum ita sint, a vindicanda abstineo Postulatorum solertia, quorum culpæ Animadversio vertit in *Nota ad cit.* §. 3. peculiarem de hocce Prodigio haud instituisse Ordinariam Inquisitionem cum sanus Medicus erat. Præterire tamen nequeo purgandos quidem eos fuisse a dilationis culpa, si *Apostolicum* Processum construere distulissent juxta Benedictum XIV. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 9. & 14. non autem quod novam Ordinariam Inquisitionem omiserint, postquam binas alias ingentis sane molis in Nucerina, & Agathensi Diæcesi construxerant. In his, utpote ad complementum deductis anno 1789. examen subire nequivere Testes super hocce Miraculo, quod accidit mense Aprili insequentis anni 1790. Noverant vero iidem Postulatores hanc esse Apostolicæ Sedis praxim, ut Miracula per oculatos Testes in Apostolico Processu potissimum probentur; uti docet laudatus Pontifex *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. Suum ergo duxere non quidem nectere moras in nova Ordinaria Inquisitione comparanda, sed eo curam omnem studiumque convertere, ut per Causæ Commissionem a Pontifice signandam ad Apostolicam Inquisitionem quantocyus aditus patefieret, in qua primo quoque tempore Prodigii Testes inducerent, ne probationes perirent. Et sane, quid amabo, Commissione signata, ex Ordinaria illa Inquisitione Causæ emolumenti obvenisset? Nonne vix in ea examinati Testes iterum in Apostolica repeti debuissent? Secus namque superstitum examen abiisset in aeram, ac Miraculum in eo tantum ordinario Processu probatum *prodesse nequaquam poterat ad Beatificationem obtinendam*; verba sunt ejusdem Pontificis *loc. cit. num.* 6. Eccur onerandi ipsi erant superfluis probationibus? Contra jura clamant apud Gonzalez *in cap.* 2. *de Probat. num.* 6. = ibi = *Non ta-*

(*a*) *Prat. Resp. pag.* 11. §. 20. *ad plur. seq.*

tamen onerandus est superfluis probationibus = *&* *num*. 8. *Cum iniquum sit aliquem superfluis probationibus onerare*.

7 Ad obtinendam vero Causæ Commissionem, ne tantulum quidem cunctatum, nec pecuniæ parcitum est. At neminem ex nostratibus latet, ejusmodi res quam egeat tempore, quod hujusce Causæ circumstantiæ ultra morem protraxere (*a*). Attamen solers Postulator interea dum Introducendæ Causæ negocium urgebat, non certe in utramque aurem obdormivit, ceu temere arguit Animadversio in comparanda hujusce Prodigii probatione; Sed tempestive ab Abbate Curato *Reini* certior fieri satagit *con precisione* de ejusdem Miraculi circumstantiis, cujus nuncium jamdiu fama e Beneventana Diœcesi Nuceriam Paganorum, & Romam usque pertulerat. Petere siquidem facti alicujus relationem *con precisione*, uti ipse notat Animadversor, non eventus notionem tunc *primum*, sed longe antea pervagatam, acceptamque demonstrat, nulloque pacto Miraculi celebritatem excludit in Summario probatam *p*. 10. §. 47.; *pag*. 13. §. 73. *alibique*. Tunc vero expetita fuit facti relatio *con precisione*, quia tunc, & non antea locus fiebat Articulis ad Prodigii probationem comparandam. His de more exhibitis vix signata Commissione, Remissoriales Litteras idem Postulator obtinuit ad inchoandum Processum Apostolicum, *ne perirent probationes*. Hoc aditu facto, ad Neapolitanum Regnum citus advolans eos omnium *primos* Testes induxit, qui de hocce Prodigio testarentur (*b*).

8 Itaque si Mense Majo anni 1797., qui Apostolicæ Inquisitioni dedit initium, idemque potestatem Postulatori inducendi Testes, superiore jam mense Aprile, vel Martio Chirurgi obitus evenerat; culpa ne id Postulatoris accidit? Divinatorem effinge, quem reum condemnes. Is certe

(*a*) Vix completis binarum Inquisitionum transumptis, ea Causæ Postulator Romam detulit. In iisdem vero inde de more transcribendis ob voluminum molem plurimum sane temporis impensum est. Dum ea parabantur, quæ ad proponendum signandæ Commissionis Dubium necessaria putantur, placuit immortali Pio VI peculiari Congregationi examen demandare cujusdam exceptionis a R. P. D. Promotore Fidei in suis Animadversionibus excitatæ. Hæc Congregatio habita fuit *die* 8 *Martii* 1796. Ei statim successit alia Congregatio Ordinaria, cujus consilio idem Pontifex *die* 4 *Maji ejusdem anni* Commissionem signavit; *ex Facto concord. in novis Posit. super virtut.*

(*b*) Attestationes a Medicis requiri solitæ ante Processus constructionem haud fieri assolent per acta Notarii, quia ad unam animi instructionem expetuntur pro elucubrandis Articulis, quibus confectis, ad inutiles cartas amandantur. Etiamsi vero Postulator divinans Chirurgum Orlando paulo ante examen mortem obiturum, ab eo testimonium per Tabellionem, testesque postulasset, extrajudicialis illa attestatio haud probationis vim habuisset, ceu doctus Animadversor *in rit. not. ad* §. 3 cum Benedicto XIV sapienter advertit. Chirurgi vero obitus non nisi per mensem cæterorum Testium examen præcessit: Nam *die* 11 *Maji* 1797 Delegati Judices Nucerini Apostolicæ Inquisitioni manus apposuere, cujus citæ expeditioni adeo studuit Postulator, ut ejus precibus Pontifex *die* 8 *Martii* illiusmet anni Judicibus inusitatam potestatem fecerit binos eligendi Notarios, qui citius acta conscriberent (*ex cit. Fact. concord.*) At eodem mense Martio, vel Aprile Chirurgus obiit (Summ. pag. 9. §. 43.) Ut primum vero Postulatori licuit inducere Testes die 16 præfati mensis Maji in Nucerina Inquisitione, ac die 20 Aprilis in Agathensi, posthabitis iis, qui conscii fuissent de V. S. D. Virtutibus, eos statim induxit, qui de hocce Prodigio oculati testarentur; ut in *Summ. super valid. num*. 11., & 15. Ex quibus patet, non modo gratis inertes Postulatores dici in comparanda hujus miraculi probatione, verum etiam eo sollicitiores fuisse, quo major erat illius splendor, raritas, & magnitudo.

certe negligentiæ redarguendus non est, qui quantum conniti animo poterat, quantum labore, ac diligentia contendere, tantum fecit, ut Apostolicam Inquisitionem ad examinandos Testes quamprimum inchoandam urgeret. Regula enim Juris est 41. *in V*, quod *imputari non debet ei, per quem non stat si non faciat, quod per eum fuerat faciendum*. Miror equidem eosdem nunc Postulatores velut inertes, tardosque culpari, quos in Validitatis Dubio festinos nimis; nimisque properos in inducendis de *hoc ipso Miraculo* Testibus Animadversio reprehenderat. Tunc scilicet verebatur, ne Intempestive eos omnium primos induxissent, qui, cum senes non essent, nisi cito ab examinis loco abfuturos, ostendissemus (quemadmodum luculenter probatum est) haud in prima Processus parte induci valebant; uti legitur *in Animad. sup. valid.* §. 15.

9 Meritis certe laudibus efferenda se offert eorum Postulatorum religio, qua deficiente Chirurgi paulo ante defuncti testimonio, omnium Testium *primum* in Nucerina Apostolica Inquisitione induxerunt Doctorem Physicum *Georgeum de Nunzio*, qui prodigii historiam a defuncti Periti ore perceperat. *Hoc aliquid est*, inquit Animadversio §. 3., imo *totum*, addo, quod præstare ii poterant, quibus haud potestas erat ad vitam revocare Chirurgum; *totum* quod iis religio suasit, qui nulla jubebantur lege, ut defuncto Perito, aliud sufficerent; *totum* denique, quod in Miraculo, cujus probatio nullo egebat Periti examine, exoptari umquam poterat. *Auritus* est. Audio. Sed auriti ab hocce judicio non repelluntur; *itdut si præter duos Testes de visu nulli alii, saltem DE AUDITU testentur, hinc inferri valeat rem patratam non habitam fuisse supernaturalem atque miraculosam*; verba sunt Benedicti XIV. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. Auritus est, sed primi gradus; *Testis tamen est*, ipsa Animadversione fatente §. 13. = *qui rem omnem, prout evenerat, accepit ab ipso Curæ Medico* = proindeque ob artis salutaris scientiam majorem præ ceteris auritis sibi fidem conciliat, juxta Contelorium apud laudatum Pontificem *lib. cit. cap.* 7. *n.* 9. Auritus tandem est, sed non uni huic Testi, verum aliis quinque *oculatis* Miraculi probatio nititur. Hinc fit, ut hujus Medici Testimonium non ad probationis necessitatem, sed ad exuberantiam in actis referatur.

10 Qua de re parvi, aut certe nihili sapientissimis Judicibus interest quod *ignoramus qua spiritus, & mentis integritate polleret homo* (Chirurgus Orlando) *forte jam senex, morbo affectus, in lectulo suo doloris decumbens dum facti historiam narravit Georgeo* = Animadvers. §. 3. Quum enim ea, quæ juratus Georgeus coram Judicibus ab ægrotante Chirurgo accepisse testatur, oculati item Testes contestentur, argumento id est eorum, quæ ægrotus homo narravit, eum fuisse recordatum; aliorum vero oblitum, quæ etsi ille Medico non retulit, a cæteris tamen oculatis juratis, beneque valentibus Testibus commemorantur.

11 Multoque minus refert, quod aliud sit *factum exponere respondendo juridicis interrogatoriis ad eruendam veritatem inventis, aliud vero simplici relatione amico id petenti narrare* §. *cit.* = Nam Chirurgus non obiter, neque per otium animive relaxationem hujus facti historiam Medico petenti narravit, sed serio consultus, ut Postulatori prodigii veritatem, suamque sententiam aperiret, qua ille decerneret, an eventus juridica Inquisitione dignus habendus esset,

ceu

ceu refert idem Medicus Georgeus *Sum. pag. 7. in fin. Essendo stato incaricato non sò da qual'Individuo della Congregazione del SS.mo Redentore l'Abbate Curato di Reino mia Patria, che si fosse INFORMATO CON PRECISIONE del Miracolo sudetto, Egli detto Abbate &c. volle che a TAL' EFFETTO mi fossi portato da lui* (Chirurgo) *che stava infermo a letto. Così eseguii &c. e domandatogli sulle particolarità, che accompagnavano il Miracolo &c.* licet vero interrogationes, quibus ægrotans Chirurgus Medico respondit haud essent juridicæ, ea tamen, quæ ipse narravit oculati Testes contestantur *juridicis interrogatoriis ad eruendam veritatem inventis* respondentes; qui etiam uno ore affirmant defunctum Chirurgum Miraculo obstupuisse, ejusque veritatem, suamque sententiam omnibus publice patefecisse. *Sum. pag.* 3. §. 7. 9. 12., *pag.* 4. §. 19. *pag.* 5. §. 20. & 22. *pag.* 6. §. 29. *pag.* 7. §. 35. *pag.* 10. §. 50. *pag.* 11. §. 57. & 59. *pag.* 12. §. 62. *pag.* 13. §. 69. & 73. *pag.* 15. §. 80. *pag.* 16. §. 84. & *post* §. 88.

12 Ex his, quæ hactenus de Chirurgi testimonii defectu disseruimus aperte patet perperam nonneminem doiere de defectu *extrajudicialis attestationis* Magdalenæ Mari, apud *Animad. in nota ad* §. 3. Divinare enim Postulatores non poterant, eam e vita decessuram antequam Apostolicæ Inquisitioni locus fieret, cujus citam inchoationem tanto studio apud Apostolicam Sedem urgebant. Haud vero Animadversio miretur a Postulatoribus exquisitam non fuisse hujus fœminæ attestationem ad Articulos conficiendos. Inveteravit enim consuetudo unam ad id exquirendi Medici attestationem, utpote ejus, qui veram morbi indolem diagnosim, & prognosim discernit; hæc quum ad elucubrandos Articulos abunde sufficiat, cæterorum testimonia non exquiruntur, quia etiamsi Testes præmoriantur, ea tamen in hoc judicio nullam probationis vim obtinere doctus ipse Censor concedit. Fuerit autem Magdalena Mari, *quæ frustulum vestis, & Imaginem V. Viri ad ægrotantem detulit, eique suasit, ut ejusdem validam opem imploraret*; frustra tamen hujus rei probationem ab extrajudiciali illius attestatione exoptat qui eam juridicam, ac omnino plenam in tabulis habet ex ipsa Sanata *Sum. pag.* 10. §. 49. *pag.* 11. §. 57. ubi de facto proprio testatur *Maddalena Mari &c. portando seco una figura del Servo di Dio &c. ed inculcandomi di aver fede al Servo di Dio, come IO CON TUTTA FIDUCIA MI CI RACCOMANDAI*, & *pag.* 12. *post* §. 60., & *pag.* 13. §. 70. Canon vero est, quod *sive invocatio fiat ab ægroto, sive ab alio pro eo, invocatio solo dicto invocantis comprobata dicenda est*: verba sunt Benedicti XIV. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. Idque vel magis in hac facti specie, in qua ipsam invocationem contestantur aliæ duæ mulieres, quæ cum Magdalena Mari V. Viri opem invocandam ægrotæ suasere, unaque preces ingeminarunt *Sum. pag.* 2. §. 4. *pag.* 4. §. 16. & *pag.* 5. *post* §. 21., ac etiam repetunt Sanatæ Vir. *pag.* 15. §. 82. ejusque Levir *pag.* 6. §. 26. Quo quidem in casu etiamsi deficeret ipsiusmet Sanatæ invocantis testimonium, plena tamen haberetur invocationis probatio, ex laudato Pontifice *loc. cit.* 2. 18. ibi = *Non semel occurrit casus mortis ejus, qui invocavit antequam confectus fuisset Processus super Miraculis. At ego semper opinatus sum in ea facti specie necesse esse, ut duo testes contestes deponerent*

rent, se audivisse invocantem, dum invocabat, vel audivisse ipsum invocantem asserentem se Dei Servum, vel Beatum invocasse.

Refelluntur Animadversiones de Miraculi Probatione

DE PRIMO EXTREMO

13 Quum hujusce Portenti raritas, & magnitudo, de subjecti *arduitate*, evidentissima sane, inusitata, & a seculo inaudita nullum disceptandi locum relinquat, eo solertissimus Animadversor omnem dicendi copiam, & orationis nervos intendit, ut perspectissimas, quas habemus probationes quoad potest extenuet. Apposite quidem primo loco proponit §. 4. quod = *ad prodigii rationem duo plane ad veritatem sunt demonstranda*. Primum *magnam Mammillæ partem una cum papilla ferro reapse fuisse abscissam* = Secundum, *deperditam substantiam una cum papilla extemplo fuisse pectori restitutam*.

14 Ut *a primo* exordiar; qui tabulas excutit plane ad veritatem demonstratum nequit omnino inficiari. Quid enim clarius, quidve luculentius ex Testibus?

D. Anna Calzone *Summ. pag.2. §. 2. = Osservai, che il succennato Medico sfasciò la Zinna della medesima, in cui si vedeva una piaga, che riconobbi annegrita, ed essendosi il Medico deliberato AD UN NUOVO TAGLIO, io avendola appoggiata, e stretta nelle mie braccia, osservai, che il Medico sudetto con un coltello TAGLIO' UNA PORZIONE DI CARNE nella Zinna, E PROPRIAMENTE QUELLA ch'era annerita COL CAPITELLO, che dopo si fece buttare nel Cimiterio.*

D. Donata Negri *Summ.pag.4. §. 14. = Ritrovammo il Medico, il quale avendo sfasciata la Zinna, che pativa, osservammo, come io bene osservai, che vi era una piaga profonda, e negra, perciò avendo risoluto detto Medico di darci un taglio con un coltello, che aveva, l'eseguì, mentre detta Inferma stava ristretta tra le braccia della sudetta Anna Calzone, e con tal taglio CACCIO' FUORI IL CAPITELLO CON UNA NOTABILE PORZIONE DI CARNE MORTA, che fu portata nel Cimiterio.*

D. Joseph Tozzi Sanatæ Levir *Summ. pag.6. §. 24. = Fù costretto* (Chirurgus) *a darci più tagli, ad uno de' quali, non mi ricordo, se fu l'ultimo, mi trovai presente, e viddi cogl'occhj miei, che &c. dopo quel taglio, con cui ne RECISE PIU' DELLA METÀ DI DETTA ZINNA &c.* & post miram sanationem §.28. *= viddimo con nostro stupore, che la predetta Zinna era veramente sana del tutto, e colla Carne, E COL CAPITELLO cresciuta.*

D. Franciscus Tozzi Sanatæ Vir *Summ.pag. 15. §. 78. & seq. = tagliò quella parte, che si vedeva annegrita, fongosa, e mortificata &c. ritornato poi a circa mezzo giorno &c. proseguì a tagliare la parte annegrita sino al vivo, RESTANDO così RECISA QUASI TUTTA LA MAMMELLA.*

Doctor Physicus Georgens de Nunzio auritus immediate a Chirurgo *Sum. pag.8. §. 39. = Giammai vidde,* (*idem Chirurgus*) *che la piaga andava in meglio, ma sempre più profondava, e sempeggia-*

giava per la sostanza della Mammella, ch'erasi fatta così profonda, e pei tagli, e per la gangrena, ch'erana rotti i dutti lattei &c. per cui nell'ultimo taglia fu costretta a recidere UNA BUONA PORZIONE DELLA MAMMELLA.

15 Itaque ex quatuor oculatis Testibus, quibus gravissimum accedit Medici testimonium immediate auriti ab ipso curæ Perito, *ad veritatem* demonstratur, juxta Animadversionis vota magnam *mammillæ partem unà cum papilla ferro reapse fuisse abscissam*. Quod si plena cujusque rei probatio divino, humanoque jure ex duobus Testibus constat; & si plenissima coalescens ex pluribus non modo in quibuscumque judiciis, verum etiam in hisce causis necessaria non est ex Benedicto XIV. *lib.3. cap.1. num.6.*, nemo certe sapiens inficiari umquam poterit id ad *veritatem* fuisse *demonstratum*, quod non modo plena, sed plenissima probatione probatum est; quod scilicet non modo ex duobus, sed ex quatuor testibus contestibus de visu, alteroque Teste Perito aurito a Curæ Chirurgo cumulatissime constat.

16 At calamum nobis præripit Animadversio Testium discordiam objiciens §. 8. in assignanda mammillari substantia abscissa ex eorum verbis = *tagliò una porziane di carne*, *recise più della metà della Zinna* = *fu castretta a recidere una buona parzione della mammella* = *restanda casì recisa quasi tutta la Mammella* = *cacciò una natabile porziane di carne* = Sciscitor equidem, ubinam verborum ambiguitas, vel si mavis, discordia in assignanda re, de qua quærimus? Miraculi epigraphes non quidem inscribitur a restitutione dimidiatæ mammillæ, sed mammillæ *magna ex parte* abscissæ; qua quidem *magna* in parte assignande tam ii conveniunt, qui commemorant *una buana porzione della mammella* = *una natabile porzione di Carne*, quam alii, qui testantur fuisse = *più della metà della Zinna* = *restando recisa quasi tutta la Mammella*. Nam dictiones *una buona porzione*, & *una notabile porzione* satis aperte probant, quod Titulus præfert, abscissæ mammillæ partem fuisse *magnam*.

17 Hæc facile componi ipsa prævidet Animadversio; propterea subdit *cit.* §. 8. = *exagerasse tamen videntur illi, qui abscissam valunt più della metà della Zinna* = *quasi tutta la mammella* =· quia = *una porzione di carne* = *una buona porzione della Mammella* = *una notabile parziane di carne* = *non importont* = *quasi tutta* = *più della metà*, *sed verificantur de abscissione infra membri medietatem*.

18 Verborum significationes, quæ in Judiciis obtinent, haud quidem ex privata animi nostri sententia, sed ex Legum penu hauriendæ sunt. Cautum autem Legibus est, quod si *portianis* vocabulo ipsius portionis quantitas non addatur, ultra scilicet, vel infra *medietatem*, non quidem pars medietate minor, sed ipsa medietas intelligatur per Textum *L. Nomen filiorum §. portionis ff. de verbor. significat*, & *Tiraquel in L. Si numquam Cad. de revocat. donat.*, *verb. omnia, vel partem aliquam num.8.* ibi = *Appellatione partis venire DIMIDIAM*, & *in legibus*, & *in Testium depositionibus*, & firmat Rota in Rec. *Decis. 180. num.1. 17.* & *18. part.6.* = ibi = *Partis appellatio regulariter, non expressa cum portione, intelligitur de DIMIDIA*. Quoniam ergo jure in nostra facti specie abscissæ carnis *portionem*, cui etiam adjectivum additur; *buona* = *notabile* = in-

fra

fra membri medietatem intelligendam contendis ? Idque vel magis quod ipsi Testes enarrant hanc abscissæ carnis portionem tumulatam fuisse in cæmeterio = *una porzione di carne &c. col capitello , che dopo si fece buttare nel Cimiterio = cacciò fuori il Capitello con una notabile porzione di carne morta , che fu portata nel Cimiterio* = Satis autem notum est usuvenisse non carnis frustula , sed membra , vel insignem eorum portionem in cæmeterium tumulari.

19 Verum ad rem quadrare videtur vulgare monitum=*Distingue tempora , & concordabis scripturas* , de quo Rota Recent. *part.* 2. *decis.* 321. *num.*3. , & *part.*18. *dec.*438. *num.*1. & *seqq.* Nam Testes , qui vocabulo utuntur = *una porzione di carne = una buona porzione della Mammella = una notabile porzione* = eam dumtaxat designant Mammæ partem , quam in una postrema Chirurgica amputatione coram ipsis peracta amputatam conspexere ;quin alterius portionis meminerint in priore visitatione recisæ . Ita sane Anna Calzone Sum.pag.1. §. 1. & seq. = *Non intervenni per la prima volta alla visita del Medico ; nel decorso poi , & in un giorno &c. avendo veduto , che il suddetto Medico si portava alla Casa della paziente &c. ci portammo unitamente &c. osservammo , come io osservai , che il succennato Medico sfasciò la Zinna della medesima , in cui si vedeva una piaga , che riconobbi annegrita , ed essendosi il Medico deliberoto AD UN NUOVO TAGLIO &c. tagliò una porzione di carne nella Zinna , e propriamente quella &c.* = D. Donata Negri *Sum.pag.*3. *in fin.* & *seq.* = *Fù obbligata* (ægrota) *a chiamare il Medico per la sua curo &c. che più volte viddi conferirsi nella Casa dell'Inferma , E PROSEGUENDOSI LA CURA nella mattina di un giorno , che non mi ricordo, FUI CHIAMATA dalla sudetta D. Maddolena Mari a visitare in sua compagnia , e di Anna Calzone &c. vi trovammo il Medico sudetto , il quale avendo sfasciata la Zinna , che pativa, osservammo , come io bene osservai , che vi era UNA PIAGA PROFONDA , e uera ,perciò avendo risoluto detto Medico di darci un taglio &c. con tol taglio cacciò fuori il Capitello con una notabile porzione di carne morta &c.*

Medicus Nunzio a Perito accepit Sum.pag.8. §.39. = quod = *La piaga sempre più profondava . . . . erasi fatta così PROFONDA , e PEI TAGLI &c. Nell'ULTIMO TAGLIO fu costretto a recidere una buona porzione della Mammella* . .

20 Si profecto hi Testes uni interfuere postremæ Chirurgi visitationi ; si tunc ulcus jam erat profundum *pei tagli* ; Si idem Peritus coram ipsis decernit *un nuovo taglio* ; ac *nell'ultimo taglio* recidit *una buona porzione della Mammella* , luce meridiana clarius patet alias præcessisse amputationes .

21 Id exploratum ex Actis est . Ait enim Sanata , cujus testimonio tam religiose Animadversio litat , quod Chirurgus in prima visitatione *stimò per dar scolo alla materia gnasta di aprire colla lancetta , come fece la parte &c. NEL GIORNO APPRESSO &c. avendo trovata la piaga annegrita in quella parte fongosa , stimò , come fece , DI TAGLIARE con forbice TUTTA LA PARTE MORTIFICATA ; ed avendo poi replicate le sue visite A. MEZZO GIORNO di quella stessa giornata , ed avendo osservota oltra parte mortificata PROSEGUE IL TAGLIO incominciato arrivando*

 ul

al vivo della carne, e della sponga della Zinna = Summ. pag. 11. §. 54. ad 56.

Sanatæ Vir Summ. pag. 14. §. 77. & seqq. = ibi = *Circa il quinto giorno &c. lo stesso Professore &c. ovendo osservato, che il tumore si avanzava, facendo la materia sempre più seno al di dentro senza venire a capo, stimò, come fece, di darci un'apertura proporzionata &c. IL GIORNO DOPO essendo detto Professore ritornato a vedere la Paziente &c. TAGLIO' QUELLA PARTE, CHE SI VEDEVA ANNEGRITA, E MORTIFICATA &c. Ritornato poi A CIRCA MEZZO GIORNO, e sfasciata la parte &c. PROSEGUI' A TAGLIARE LA PARTE ANNEGRITA SINO AL VIVO, restando così recisa quasi tutta la Mammella.*

Sanatæ Levir Sum. pag. 6. §. 24. & seq. = *Avendo osservato* (Chirurgus) *che si era formato ascesso in d. Zinna, fu costretto a darci PIU' TAGLI, ad uno de' quali, non mi ricordo se fu l'ultimo, mi trovai presente, e viddi cogli occhi miei, che LA PARTE offesa SOTTO IL TAGLIO predetto apparve tutta annegrita, e tole, e tanto, che il medesimo Orlando &c. ne recise più della metà di detta Zinna.*

22 Ex his aperte liquet ex illorum Testium dictis, qui in postrema Mammæ amputatione coram ipsis instituta recisam a Chirurgo affirmant = *una buona porzione : una porzione notabile* = alienum a veritate constat, exagerasse Sanatæ Virum, ejusque Levirum, cum testati fuere ex singulis successivis amputationibus remansisse = *recisa quasi tutta la Mammella = più della metà di detta Zinna* = Satis hactenus vindicavimus priorem Tituli partem de recisæ Mammæ quantitate, quam *magnom* fuisse ex tabulis constat.

23 Venio nunc ad papillæ amputationem. *Hæc illa est*, exclamat Animadversio §. 9. *quæ dot subjectum Prodigii ad secundum Classem referendi. Hæc illa est, qua pene probota Titulus substinetur.* Profecto ita. Finge tamen tantisper hanc abesse a Titulo abscissæ Papillæ circumstantiam, nonne Prodigium ad secundam Classem referendum esset? Meminerint sapientissimi Judices sancte dictum non modo a Sanatæ Viro, ejusque Leviro recisam remansisse = *quasi tutta la Mammella = più dello metà di detta Zinna* = verum ab ipsamet Sanata tumorem ipsum ante incisionem *tratto tratto ingrossandosi*, fuisse *profondo sino alla sponga, dolla quale scaturiva il latte* Sum. pag. 11. init. & pag. 13. §. 67. *neppur la materia si estrinsecava avendo preso lo parte di dentro, facendo seno più profondo &c.* emortuæ inde carnis amputationem ad Mammæ usque ima penetrasse: *arrivando AL VIVO DELLA SPONGA DELLA ZINNA*, & a Chirurgo relatum, quod gangræna = *sempre più profondova, e serpeggiava PER LA SOSTANZA DELLA MAMMELLA, ch'erasi fatta così profonda, e pei tagli, e per la gangreno, CH'ERANO ROSI LI DUTTI LATTEI, per cui nell'ultimo taglio fu costretto a recidere UNA BUONA PORZIONE DELLA MAMMELLA* = Sum. pag. 8. §. 39.

24 Hæc qui meminerit, ac mammæ fabricam parumper advertat, quam in superiori Causæ actione ex Cl. Heistero inspiciendam proposuimus (*a*) is mehercule in Animadversionis sententiam descendere omni-

(*a*) *Fratern Resp. pag. 21. §. 41.*

omnino nequit, haud Prodigium ad secundam Classem referendum, etiamsi papilla non fuisset abscissa. Illud enim apud Anathomicos omnes in comperto est, quod mammillæ, *præter tegumenta corporis comunia &c. constant ex singulari albicante glandulosa, fabrica medium potissimum mammæ occupante &c. Substantiæ vero illi glandulosæ præter vasa interjecti sunt ductus, sive tubuli lactiferi* (a). *Non abs re videtur corpus hocce ex pluribus vesiculis, sive cellulis distinctis conflari &c. quæ ad secernendum continendumque lac sunt destinatæ* (b). Chirurgicis autem institutis, ac quotidiana ipsa experientia edocemur, amputatum humani corporis organum, naturam haud amplius reproducere posse, quia uti cum Phisiologicis ponderat Benedictus XIV. lib. 4. part. 1. cap. 6. num. 7. = *a privatione ad habitum non datur regressus per naturam*. Hinc anathomico cultro recisa jam vel partim, vel penitus glandulosa illa mammillari substantia, haud certe natura novas glandulas, novas cellulas, novosque lactiferos tubulos regenerare valebat, sed licet per interpositionem, ut Chirurgi ajunt, cujusdam inorganicæ massæ locus occludatur, remanet tamen vacuum, sive cavum, quod in mammis non modo ab amputatione, sed ab ipso etiam simplici abscessu superesse consuevisse observat Astruc. *de morb. mulier. lib. 4. cap. 1. de abscis. mam. in prognos.* = ibi = *Abscessum mammarum cum magnus, ac profundus evadat, vacuum relinquit*, ac de gangræna scribit Haller *dispo.Chir. Tom. 5. q.134. §. 34.* = ibi = *Quia pars sphacelata plenarie vita privata est*, NON ADMITTIT RESTITUTIONEM. Si vero partes gangrænæ affectæ per ferrum, vel ignem extirpentur, nil reliquum superesse cum Boerhavio docet Swietenius §. 471. quamquod = *potest adoptari arte facta machina, quæ figuram partis ablatæ refert, sicque dum vestibus tegitur, tollitur deformitas*.

25 At in nostra facti specie extemplo spectatam admissis Testibus se conspiciendam dedit *la zinna bianca intera, ed* AL PARI DELL' ALTRA &c. *il bambino lo fè succhiare nella zinna patita, e diede latte = la zinna ridotta* AL MEDESIMO STATO DELL' ALTRA *mammella, la carne cresciuta interamente col capitello cresciuto &c. fattosi portare il suo bambino gli dette felicemente latte = La zinna veramente sana del tutto e colla carne, e col capitello cresciuto* DEL MEDESIMO COLORE, E FATTEZZA DELL' *altra sana = Si fece portare alla mammella guarita lo bambino, il quale subito si pose a poppare alla mammella patita già* MIRACOLOSAMENTE RIPIENA DI LATTE = *Coll' accrescimento di nuova carne supplitasi nella parte, e parti, di cui si era fatto il taglio della carne &c. sino al esser tornato il latte abbondantemente nella mammella* = (c). Quisnam rogo, non dicam copiosam mammillarem pinguedinem, epidermidem, tegumenta, sed recisam ipsius uberis glandulosam substantiam? Quisnam vesiculas? Quisnam cellulas ad secernendum lac destinatas? Quisnam lactiferos tubulos internis mammillaribus glandulis interjectos jam gangræ-

(a) Heister. *Compend. Anatom. In Præf. §. Tubulos, & tit. de Thorace.*

(b) Astruc. *de morb. mulier, lib. 4. cap. 1. de struct., & usib. Mammar. §. 3.*

(c) *Summar. pag. 2. §. 5. pag. 4. §. 18., & seq. pag. 6. §. 28., & 30. pag. 16. §. 86., & seq:*

na destructos, ferroque recisos, restituit, reproduxit? Quisnam eosdem novos tubulos lacte extempio replevit, ipsum lac ad papillam detulit, novàmque mammam pristina rotunditate donavit? Quisnam inquam hæc momento perfecit? Natura non quidem, quæ nec momento, nec per sæculum tantum valebat, quia *si nova materia producatur &c. modus hic agendi excedit vires cujuscumque naturæ creatæ*, inquit Benedictus XIV. *lib. 4. part. 1. cap. 6. num. 7.* = Sed una Excelsi dextera fecit opus, cujus est *posse eadem numero reparare, etiamsi fuerint ad nihilum redacta, cum in ejus potestate sit effectus producere sine causis mediis*; verba sunt Angelici apud laudatum Pontificem *lib. cit. cap. 21. num. 7.*

26 Egregie quidem, ac docte Cl. Peritus, qui juratus *pro Veritate* scripsit exceptionem dilemmate diluit Vot. *super I. Mir.* §.28. = AUT *manus Chirurgica &c. papillam totam una cum portione mammæ amputavit, AUT NON. Si primum; Ergo papillæ ad pristinum statum restitutio thaumaturgo sacrarum S. D. Alphonsi exuviarum contactui adscribenda. Sin minus; papilla mammillarium glandularum beneficio carens, quæ lac separarent, & lactiferi ductus propriis muniis obeundis impares effecti*, PAPILLAM *ipsam*, ORGANUM PRORSUS INUTILE *in Magdalenæ pectore reddidit. Eccur ergo Magdalena die postero mammam lacte manantem infantili ore admovit? Eccur infans materna ubera eadem die degustavit?* AUT REM PRODIGIO SOLI ADSCRIBENDA, AUT EVIDENTIA IPSA DEMENTI ORE DENEGANDA.

27 Quale ergo Prodigium nisi hoc ad secundam classem referendum esset, etiamsi papilla haud amputata fuisset? *Secunda classis sit eorum, quæ licet ex parte rei factæ non excedant facultatem naturæ, tamen illam excedunt ex parte actionis, per quam fiunt . . . cum a privatione ad habitum non detur regressus per naturam*; prosequitur idem Pontifex *lib. cit. cap. 6. num. 9.*

28 Quid vero quod splendidum Prodigium splendidius reddit momentanea amputatæ etiam papillæ reproductio, ejusque subita restitutio? At quoniam de ea Animadversio dubitat §. 9., plenissimam hujusce rei probationem fidelibus subjectam oculis exponimus.

D. Anna Calzone *Summar. pag. 2. §. 2.* = *Avendola io appoggiata, e stretta nelle mie braccia* OSSERVAI, *che il Medico &c. tagliò una porzione di carne nella zinna*, E PROPRIAMENTE QUELLA, *ch' era annerita* COL CAPITELLO, *che dopo si fece buttare nel Cimiterio.*

D. Donata Negri Summar. pagin. 4. §. 14. = IO BENE OSSERVAI . . . . *mentre detta Inferma stava ristretta tra le braccia della suddetta Anna Calzone &c. con tal taglio* CACCIO' FUORI IL CAPITELLO *con una notabile porzione di carne morta, che fu portata nel Cimiterio.*

D. Joseph Tozzi Sanatæ Levir Summar. pag. 6. §. 24. = *Viddi cogli occhi miei . . . . recise* PIU' DELLA META' DI DETTA ZINNA, & §. 28. = *Viddimo con nostro stupore, che la predetta zinna era veramente sana del tutto, e colla carne, e* COL CAPITELLO CRESCIUTA.

29 Sit profecto hæc papillæ amputatio *illa, qua plene probata, Titulus sustinetur* (Animad. cit. §. 9.) nonne plene probatur, non dicam una Tituli circumstantia, sed totum ipsum Miraculi subjectum, quod

tri-

tribus Testibus contestibus de visu prolatum est? *De Miraculo satis constare dicendum est pro Beatificatione, si DUO Testes contestes de visu, testimonium reddant de duobus extremis*, docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. Si vero binis Testibus tertius accedat, quemadmodum in hac facti specie, non modo plena, sed plenissima habetur probatio, ac testium multitudo, uti cum Angelico advertit laudatus Pontifex *loc. cit. num.* 23. = ibi = *Requiritur binarius Testium* (numerus), *vel ad majorem certitudinem TERNARIUS, qui EST MULTITUDO perfecta IN ipsis TESTIBUS*. A repetendis oculatorum Testium verbis *paulo ante* recitatis de altero Miraculi extremo, mira scilicet papillæ restitutione consulto abstineo, ne longior protrahatur oratio.

30 Probatis autem duobus Miraculi extremis, Causa jam dicta foret, nisi Animadversio reponeret *cit.* §. 9. Pappillæ amputationem *sanata fœmina, ejus Vir, Curæ Medicus alto premunt silentio. Discordant igitur a duabus loquacissimis fœminis, ac rudi villico, qui nescionum oculis, an falsa opinione decepti eam nobis propinant. Si hæc substantialis non est discordia, quænam alia hoc appellanda sit nomine non video*.

31 Nova anthiologiarum genera hactenus tam in jure, quam in critices Arte inaudita effingat oportet, qui affirmantes oculatos Testes a tacentibus discordes contendit. Si Doctorum sententiis in id oratio ingravesceret, me dies potius calamusque deficeret. Unum repetam Benedictum XIV. quo vos AA. PP. ad judicandum, nos ad defendendum magistro, ac duce jure utimur, rotundis verbis docentem *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. = quod = NULLO MODO TESTES DICUNTUR CONTRARII, SI UNUS REFERAT A L I Q U I D, Q U O D ALIUS NON REFERT = & cap. 11. num. 5. = *quemadmodum supra cum de Testibus loqueremur dictum est*, CONTRARIOS NON ESSE TESTES, SI UNUS DICIT ID, QUOD AB ALIO NON DICITUR, *idipsum de Historicis &c. dicendum est, cum ex oblivione, aut ex alia causa potuerit unus ex his omittere*, *quod ab alio narratur . . . Porro non esse dicendos Historicos inter se contrarios, si unus refert factum, quod ab alio omittitur, probat S. Hieronymus &c.* Quid enucleatius, quid clarius?

32 Quam tamen auctoritatem, & fidem laudatus Pontifex oculatis Testibus, coævisque Historicis rem aliquam affirmantibus in ipso aliorum silentio tribuit, eam Animadversio oculatis nostris, judicialibus, juratisque Testibus detrahit; ita scribens §. 10. = *Etiamsi bona fruantur fama, nec ullam patiantur exceptionem, quæ ipsorum elevet fidem* = *ac etiamsi visi sint tam Apostolicis Delegatis Judicibus, quam Sub-Promotoribus incorruptis moribus præditi, ac fallere nescii*; tamen ex Benedicto XIV. S. Congregationi *sublata non est facultas animadvertendi in eorum dicta* = Ecquis id inficiatur? quid vero incorruptis Testibus, ac Delegatorum Judicum, & Sub-Promotoris testimonio omni omnino fide dignis vel eorum dictis, impræsentiarum objicitur? Nil profecto aliud, nisi aliorum silentium de re, quam ipsi propriismet oculis vidisse testantur. At de hujusmodi adamussim Animadversione excitanda sublata facultas est per ipsum, ad quem appellas, Benedictum XIV. docentem, quod = *Nullo modo Testes dicuntur contrarii, si unus referat aliquid, quod alius non refert*.

Ce-

33 Cæterum, si res sit de fide adhibenda Testibus, testimonio Delegatorum Judicum omnino deferendum est, quia iis unis nota esse potest non autem absentibus, uti ponderat idem Pontifex *lib. 2. cap. 50. num. 4.* = ibi = *Scribenda est a Judicibus Epistola S. Congregationi de fide Testibus examinatis tribuenda, aut non tribuenda* & num. 5. = *quatenus autem quis quæreret, cur Judicum, qui Processus confecerunt auctoritate Apostolica Epistola supradicta requiratur, responsio huic danda non deest; cum scilicet in examine Testium nonnulla aliquando* PRÆSENTIBUS INNOTESCUNT, QUÆ VIX AB ABSENTIBUS DEPREHENDI POSSUNT; *juxta Text. in L. Testium §. Ideoque.*

34 Exulari autem a civili, sacroque foro Judicia omni opus esset, si Sapientissimi Judices inani illa formidine trepidarent ab Animadversione proposita cit. §. 10. = *Nucerinos Testes non id sibi ea animo proposuisse, ut fingerent, quod falsum esse certo sciebant, falli tamen poterant, quin fallere vellent.* Si hæc, iuquam, quid in Causis valerent, non jam ab hominibus, quorum sensus decipi possunt, sed ab Angelis de Cœlo delapsis testimonia quærenda forent. Illud vero unum sat Judicibus est, Testes esse oculatos, ut tuto ex actis, & probatis sententiam ferant, ceu scite advertit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 1. num. 1., & 2.* = ibi = *Oculatorum testificatio rem facit physice evidentem testibus, qui viderunt, & insimul facit moraliter* IN SUMMO GRADU EVIDENTEM JUDICIBUS, *qui non viderunt &c. quemadmodum in teste, qui aderat, non potuit dari evidentia major quam Physica; ita* IN JUDICE, *qui non vidit,* NON POTEST DARI EVIDENTIA *morali* MAJOR, *sed quæ immediate fundatur in evidentia Physica Testis, qui vidit.*

35 Undenam, quæso, dubitandi ratio, quod Testes *decipi potuerint, dum oculis spectarunt rescissionem corruptæ partis Mammillæ &c. ac arbitrari etiam papillam esse sublatam?* Animad. cit. §. 10. Exceptio hæc Juris regulis adversatur, quæ jubent standum esse Testibus de visu, cum sit sensus, qui non potest in Teste decipi. *L. solum in princip. C. de Test.* Bald. *ibid.* Rota in Rec. *dec.* 389. *num.* 13. *part.* 5. *Tom.* 1., & *decis.* 138. *num.* 5. *par.* 6. = ibi = *Probatur per Testes rationem concludentem asserentes*, QUIA VIDERUNT &c. *qui cum sint legitimæ ætatis &c. bene concludunt hanc partem* PER VISUM, CUM SIT SENSUS, QUI NON POTEST IN TESTE DECIPI; & bene Lucretius lib. 4. v. 480.

Invenies primis ab sensibus esse creatam
Notitiam veri, neque sensus posse refelli

36 Nihilo tamen secius ad rem, de qua quæritur, propius accedamus. Tum dumtaxat vereri quis posset, ne Testis sensibus deceptus sit, cum ejus dictum *rationis lumini, aut communi hominum sensui repugnat*; scribit Michael a S. Josepho *de Art. Crit. artic.* 13. *Reg.* 3. Sciscitor nunc: Anne ante hunc diem apud Chirurgos inauditum, vel rationi, communique sensui repugnans est in gangrænosis mammarum abcessibus corrumpi papillam? Imo id necessario evenire si corrosi fuerint, uti in hac historia, lactiferi ductus, præ cæteris observat Astruccius *de morb. mulier. lib. 4. cap. 5. de ulc. mam.* Anne

ne ante hunc diem inauditum, vel rationi repugnans ob gangrænam abscindi non modo papillam, sed manus, brachia, crura, aliosque humani corporis artus? Imo ad cætera membra servanda nil magis in chirurgicis institutis præscriptum, & commendatum est; ex Heistero *Institut.Chir.part.1.lib.4.cap.14.de Gangræn.* Swieten. *de Gang.* §. 430. alilsque omnibus. Quale ergo monstrum, quale portentum tres Testes amputatæ papillæ meminisse? Testati hi sunt quod viderunt quod accidere solet; quod ipsa morbi adjuncta necessario factum suadent: quod denique cæteri Testes implicite dicunt, dum testantur amputatam vidisse QUASI TUTTA LA MAMMELLA = PIU' DELLA META' DI DETTA ZINNA, Hi enim necessario amputatæ papillæ implicite meminere, cum recidi nequeat mammilla QUASI TUTTA' = PIU' DELLA META' = nisi papilla recidatur, quæ ejus eminet in centro. Unde bene S. Augustinus *de consens. Evangelist.* §. 96., 98. alibique scribit = *Unus partem dixit, alter totum; nihil itaque contrarium est &c. Ejusmodi parum intendentibus contraria videntur, & non sunt.*

37 Da Testes, qui abscissam papillam negent, & tunc anthiologism opponet. Omnes vero, quotquot sunt, deponunt abscissam fuisse repetitis vicibus totam mortuæ carnis molem, eamque fnisse lnsignem; tres hi testes aliorum dictum expllcantes enucleatius narrant hanc ipsam insignem molem fuisse illam, in qua sita papilla est. Hactenus certe in jure obtinuit, Testes, qui generice deponunt habendos esse *contestes* cum aliis, a quibus ejus dictum declaratur; uti firmat Gratian.*Discept. For. Cap.* 505. *num.* 8. = *Rota rec. part.* 11. *decis.* 187. *num.* 21., *& seqq.*

38 Quid, amabo, juvat commemorare lapsum septem annorum a patrato Prodigio, qui facti oblivionem inducere poterat? Quid incusare sexum in duabus Mulieribus? Quid appellare rusticum Sanatæ Levirum fœminis contestem? *Animad.cit.*§.10. Temporis lapsus poterat quidem oblivionem inducere, sed non induxit; & a posse ad esse non datur argumentum. Res quidem leves oblivisci facile solent, non item graves & momentosæ, præsertim quæ oculis, animoque, tristi fuere spectaculo. Oblivisci propterea nequibant mulieres papillæ abscissionem, utpote quæ cæteris proprius oculos in abscissam partem intenderant, & non modo adstabant, sed ipsi ministrabant Chirurgo, earumque altera inter ulnas suas patientem firmiter, ne loco moveretur, tenebat. *Summar. pag.* 2. §. 2., *& pag.* 4. §. 24. = Mulieres sunt, sed mulieres, uti notum est, in hisce Causis totam sibi fidem conciliant ex Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. *in fin.*, ita ut innumeræ sint Causæ unis Mulierum Testimoniis definitæ, ac præ cæteris illa B.Gregorii X. quæ habetur apud laudatum Pontificem *Oper.tom.* 7. *pag.* 418. ubi plura sunt Miracula duarum tantum probata Mulierum testimoniis, ut ibi = NUMERUS TESTIUM CUM QUALITATE SEXUS FÆMINEI NON OBSTAT, *quia* DUO CONCURRUNT &c. *ad qualitatem autem sexus non attenderunt majores nostri, prout in Relationibus &c. &c.* S. Hyacinthi vers. ad tertium modum in 7., & 8. Miraculo quæ FUERUNT FIRMATA EX DEPOSITIONE DUARUM MULIERUM *in alio quidem* MATRIS, ET FILIÆ, *& in altero* DUARUM SORORUM. Id vero vel maxime in nostra facti specie, in qua duæ Mulieres nullo cum Sanata sanguinis vinculo conjunguntur, ac habent *Viros contestes*,

ex-

explicite quidem quoad papillam Sanatæ Levirum; implicite cæteros, qui fere totam mammillam recisam videre. Imo mulieres in re, de qua agimus, cæteris Testibus potiores habendæ sunt, quæ pro sexu Chirurgo, ægrotæque ministrantes proprius videre valuerint quid e muliebri pectore recisum fuerit.

39 Rusticus tandem sit Sanatæ Levir de papillæ abscissione cum duabus fæminis Contestis; sed rustici optimi Testes sunt in iis, quæ sub sensibus cadunt ex eodem Pontifice *loc. cit. num.* 8. = Hinc perbelle notat Stor-Kenau *Inst. Phisol. part.* 3. *cap.* 4. §. 224. *num.* 1., quod = *Quando agitur de re, quæ a quovis, si modo sensibus integris utatur, cognosci potest, majus ingenii acumen non attendimus.* PAREM *enim* CUM QUOVIS ERUDITO AUCTORITATEM OBTINET PRIMUS QUISQUE DE PLEBE *cum narrat pluviam, aut grandinem alicubi cecidisse, vel incendium hoc, illoque loco exortum fuisse.*

40 Et quoniam ad Critices regulas hodierna die rem expendere placet, haud illud in tanta, qua obruor, probationum ubertate prætereundum censeo, eas omnes conjunctim notas nostris Testibus convenire, ex quarum singulis Critices artis Magistri dubitationem omnem non modo mendacii, sed ipsius hallucinationis a Scriptoribus arcent. Hæ vero sunt; si sint *oculati*; si *bona fama* polleant; si vel si ex narratione *nullum interesse* sibi obveniat: & *Contestem* habeant ex Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1., & 2., & *cap.* 9. *num.* 5. ex Cano *de loco Theol. lib.* 11. *cap.* 6. §. *Prima*, ex Mabillon. *de stud. Monast. part.* 1. *cap.* 8. §. 10. ex Honorato a S. Maria *de usu Crit. Tom.* 2. *art.* 6. *disert.* 2. &c.

41 Oculatos esse Testes papillæ amputationem enarrantes Animadversio non inficiatur, neque ex ipsa, quam afferunt scientiæ causa inficiari umquam poterit.

42 Eos *bona fama* frui, nec ullam pati exceptionem, quæ ipsorum elevet fidem ex ipso Delegatorum Judicum, & Sub-Promotorum testimonio eadem novit Animadversio §. 10. Illud unum addam horum Testium probitatem non modo probari ex præfatorum Judicum elogio cæteris etiam Nucerinis Testibus communi, dum ii S. Congregationem certiorem reddidere omnes esse. = *Persone della più possibile probità ed onestà; degne di fede, ed incapaci di mentire... han maggiormente mostrata la loro fermezza, e veracità nel rispondere senza aver mai dato segno alcuno di farcene esitare* = Ac Sub-Promotorum testimonio diserte affirmantium, quod *non abbiamo mai avuto motivo di veruna sospezzione, e di menoma esitazione sù di quanto han deposto, anzi gli abbiamo sperimentati sempre più stabili, e costanti ne' loro detti, per locchè ben si può, e si deve loro prestare ogni fede, e tutta la possibile credenza, tanto più, che attesa la loro probità, e maturità, colle ottime qualità personali tutte ben li rendono di mentire incapaci* (a) verum etiam eorum Testium singulos, qui de papillæ amputatione testantur peculiari, & proprio probitatis elogio ab iisdem Judicibus donari (b) *Probitas* IMPOTEN-

(a) Ex Judicum testimonio legen. *in præter. Resp. pag.* 4. & 5. §. 7., & 8.

(b) Ita legitur in actis *Proc. Ap. Nuc. f.* 335. D. Anna Calzone *an.* 40. *circ. Testis jurata.* AC OMNI EXCEPTIONE MAJOR. Pari elogio iisdem verbis concepto donantur, tam Donata Negri *Proc. cit. fol.* 347., quam Joseph Tozzi *Proc. fol.* 359.

TENTES REDDIT HOMINES AD FALLENDUM *asseverando gestum aliquod se vidisse*; inquit cum Cano Mabillon *trac.cit.de stud. Mon. pag.* 1. *cap.* 8. §. 10.

43 Nullum item *interesse* in dicendo examine præ oculis habuisse sub sacramenti religione testati sunt (*a*). Imo ipsa Animadversio §. 9. amputatæ papillæ narrationem magis Sanatæ, ejusque viri, ac Medici, quam nostrorum Testium interesse posse contendit.

44 Unumquemque tandem eorum non singularem Testem esse in affirmanda papillæ amputatione, sed duos alios habere *Contestes* acta probant. Sunt enim TRES. Hinc fit, ut memorata amputatio certa reddatur, & explorata = Nam *satis explorata esse videntur cum ab aliis, qui ea perspexerunt, & cognoverunt recitantur*; docet Honoratus a S. Maria *de usu Crit. Tom.* 2. *art.* 6. *dissert.* 2. Si singulæ hæ notæ certas reddant Scriptorum assertiones; omnes simul junctæ certius omnino reddunt testimonium, non quidem historicorum, sed testium coram judicibus ad interrogatoria rogatorum, qui *de veritate dicenda* juramentum præstitere.

45 At in refellendis suspicionibus satis multa dixisse videor. Ipsa enim Animadversio fatetur §. 10. *Hæc, ac similia suppositionis fines non excedunt. Non inficior*: subdit tamen seq. §. 11. *quod si contendas hasce meas suppositiones nullo habendas esse in pretio, ego potiori jure reponam ineptas esse illas tuas, quibus probare intendis Nucerinos Judices, & Sub-Promotores Agathensibus longe fuisse diligentiores; ideoque sanatam fœminam, ejusque virum potissimam illam circumstantiam prœterisse, quia specifice non interrogati fuerunt, quam certe non omisissent, si quemadmodum cæteri, & ipsæ Nuceriæ testimonium dixissent &c. Quid est hoc nisi ad Causæ comodum id sibi fingere, quod ad eluendam exceptionem prodesse videtur?*

46 Quid hoc est, repono, nisi rem dicere ab ipsis Causæ visceribus erutam? Dispar enim est, ac longe diversa nostra argumentandi ratio. Objectæ siquidem suppositiones, facto, plenæ probationi, Testibus Contestibus rem propriismet oculis visam affirmantibus adversantur. Sunt ergo verba, prætereaque nihil. Econtra Nos trium oculatorum Testium auctoritate freti, plenaque probatione fulti nulla adigimur lege ad assignandam causam, qua ille, vel alter Testis amputatæ papillæ non meminerit. Oculatorum enim testimonium rem evidentem efficit, proindeque cæterorum silentii causam, quin probetur, cuique pro libitu arbitrandam relinquit; *cum ex oblivione, aut ex alia causa potuerit unus ex his omittere, quod ab alio narratur*; observat Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11.

47 Hinc non Causæ commodum, ut ais, sed ea, qua in dicendis Causis Patronum maxime decet, diligentia nos impulit ad assignandam illorum Testium silentii causam. Hæc criticis sat est, ut sit mere *probabilis*, vel etiam *possibilis*, quia *affirmantium auctoritas silentio nihil ea de re dicentis minime elevatur, aut minuitur*: scri-

(*a*) Eorum quisque interrogatus, an: *inductus fuerit ad testimonium dicendum ullius commodi, lucri, & honoris spe, aut ullius damni metu, aut alio quolibet motivo, ac fine temporali, & humano*; Respondit: *Negative* Scilicet D. Anna Calzone *Proc. fol.* 336. *ter.* D. Donata Negri *f.* 547. Joseph Tozzi *Proc. fol.* 359. *& ter.*

bit Michael a S. Josepho *de vet. & nov. Crit. Art.* 12. *pag.* 133. Ac mihi usurpari liceat verba doctissimi Auctoris sub nomine Josephi Mariani Parthenii *de summa Artis criticæ difficultate* Act. 1. lib. 3. num. 25. ubi = *Cui potius habenda fides? Elingui ne, ac muto? An diserto, & elaquenti? Tacet auctor ille tuus; non enim alium habens auctorem, quare hoc, vel illud neges, NISI SILENTIUM. LOQUITUR MEUS &c. Cui poterit persuaderi pluris esse muti testificationem silentii, quam CLARAM, ATQUE APERTAM LOQUENTIS ENUNCIATIONEM?*

48 Possibilis non modo, ac probabilis, sed etiam evidens, & clara nobis ea silentii causa visa est, quam non arbitratu nostro effictam, sed ab ipsis actis oblatam accepimus. Ex actis enim constat ambos Nucerinos Sub-Promotores haud contestes generalibus iis interrogatoriis, quæ de Miraculis Remissoria ferebat, fiscali tentamine alia addidisse, queis Testes urgerent ad enucleandas Miraculi circumstantias. En ipsorum verba = *Non abbiamo ammessa veruna diligenza* . . . . *nè abbiamo tralasciato di* FAR QUE' MOTIVI FISCALI E DOMANDE PROPRIE, PER QUANTO DA NOI SI E' POTUTO, E CHE SECONDO LE OCCASIONI ABBIAMO STIMATE NECESSARIE, E CONFACEVOLI *per assicurarci, e sperimentare la stabilità de Testimonj*. Agathensis autem Sub-Promotor, qui Sanatæ, ejusque Viri fidem rogavit, de peculiaribus fiscalibus interrogationibus opportune, dataque opera inter eos examinandos generalibus additis, ne verbulum quidem fecit (a). Quænam, rogo, magis, non dicam probabilis, sed certa, & evidens silentii causa Sanatæ, ejusque Viri de amputata papilla? Hanc certe causam, non quidem nos in defensionis commodum, sed immortalis Pontifex Benedictus XIV. amplissimis Judicibus affert, qui de simili Processu agens, in quo non omnia edidere Testes in lucem, *eo quod opportunæ*, ut inquit, *ac necessariæ interrogatianes prætermissæ fuissent*, sic ait = *Processum ejusmadi spicæ comparandum esse quæ licet matura, ac frumenti granis repleta sit, tamen illa non effundit, nisi alicujus manu excutiatur* = *Oper. Tom. VI. cap. VI. Decret. VIII. §. Accedit*.

49 Id probe Animadversio intelligens scribere pergit *cit.* §. 11. *Da de ea circumstantia specifice interrogatos non fuisse Testes Agathenses. Quid inde? Res erat de circumstantia præstantissima facti cujus ut cœteris longe mirabilioris nec diuturni temparis lapsu, nec abliviane poterat memoria deleri*. Quid vero quod Animadversio refellit? Profecto ita. Nam ea paulo ante Testibus papillæ amputationem narrantibus objecit, quod *lapsus septem annorum a patrato prodigio poterat in repetenda rerum præteritarum memoria non levem idearum canfusionem inducere*. = Animad. §. 10. = Quonam ergo jure amputatam papillam tacentibus opponi, nunc potest eam esse circumstantiam, quæ nec diuturni temporis lapsu, nec oblivione poterat memoria deleri?

50 Nec trunco similem, neque imbecillem opus est effingere Sanatæ Virum, ut ejus silentium de amputata papilla excusemus *Animad. cit.* §. 11. Satis enim ad Miraculi splendorem dixisse visus erat, quod fuerat *recisa quasi tutta la mammella* Sum. pag. 15. §. 79. = quod-

(a) Ex locis allatis *in præt. Resp. pag.* 10. §. 18. & 19.

quodque momento inventa fuit sana *coll' accrescimento di nuova carne supplitasi nella parte, e parti di cui si era fatto il toglio della carne mortificata &c. sino ad esser tornato il latte abbondantemente nello mommello, e così avendo quella ripigliato a lattare il suo bombino Sum. pag.* 26. §. 86. Qui tanta dixit, dixisset item explicite amputatam papillam, si de ea circumstantia fuisset interrogatus, quam implicite retulerat. Prius enim dixerat abscessum in Uxoris mamma ante incisionem duritiem, præsertim ostendisse *nella parte superiore* Sum. pag. 14. §. 75. dixerat, quod Chirurgus *facendo la materia sempre più seno al di dentro &c. stimò, come fece, di farci un'apertura &c.* quod inde = *avendo trovata annegrita la zinna con una forbice gliò quella parte, che si vedeva annegrita fongosa, e mortificata*; ac tandem *proseguì a tagliore la parte annegrita fino al vivo, restando così RECISA QUASI TUTTA LA MAMMELLA*. Sum. cit. pag. 14. in fin. & seq. Qui dicit mammæ amputationem inceptam *nella porte superiore*, ac eousque prosecutam, donec remanserit *reciså quasi tutta la mammella*, nonne implicite amputatam papillam memorat ab aliis tribus oculatis Testibus expresse, expliciteque testatam? Qui enim, quæso, evenire umquam poterat, recisam remansisse QUASI TUTTA *la mammella*, nisi ipsa item recisa papilla fuisset, quæ mammæ medium obtinebat?

51 Miror vero egregiam Animadversionem fidem denegare Sanatæ viro affirmanti recisam *quasi tutta la Mammella*: *Animad.* §. 8. eidem vero de papilla silenti tantam adjungere fidem, ut sibi suadeat ejus silentium expressam aliorum trium oculatorum Testium assertionem, si non falsam, suspectam saltem reddere posse; ac si ille tacendo, quam asserendo veracior esset; non secus ac ii, qui in Ecclesiastica historia Eusebio factum a se visum asserenti fidem denegant, ejus vero silentium de alio ad sydera extollunt penes Michaelem a S. Josepho *in cit. tract. de crit. Art.* 12. *Reg.* 7. ubi = *In Prudentiæ regulos peccoret grovissime, ac novo ploneque absurdo præsumptionum, ac probationum genere silenti Eusebio fidem præberet, quam loquenti abstulisset, AC SI ILLE TACENDO, QUAM ASSERENDO VERACIOR ESSET*; & non secus, ac alii, qui in eadem historia solent *veteres sibi faventes nimis efferre præconiis, nocentes vero in contemptionem od·ducere*, In quos invehit Honoratus a S. Maria *Animadv. in reg.*, *& usum Crit. Tom.* 1. *disc.* 2. *p.* 1, *Art.* 9.

52 At inquis, quod opportunus erat amputatæ papillæ referendi locus ubi Sanata, ejusque Vir testati sunt pupulum repentina facta rerum mutatione pectori admotum, lac ad satietatem sugere potuisse *Animod. cit.* §. 11. Quid inde? Ergone quia opportunus erat narrandi locus ideo ipsi amputatam papillam negant? Vel ideo aliorum asserentium testium fides nutat? Nil certe tale. Imo oppositum docent Critices Regulæ; uti ponderat Cl. Antonius Genuensis *de Art. Logico Crit. lib.* 4. *cap.* 2. §. 20. ibi = *Qui aliquid tocet, is id non negat. Ergo quæ historici narrant coœvi in dubium vocanda non sunt ex hoc tontum, quod alius; aut alii etiam coœvi taceant &c. Sed inquiunt HISTORIÆ LEGES EXIGEBANT, UT NON TACERET. Quid ergo? Adversus has peccavit historicus. At ea negosse, quæ tacet dici nequit; quod si non negavit*, PERSTAT *historicorum ajen-*

ajentium fides; quam etiam Regulam præ cæteris tradit Michael a S. Josepho *in cit. art. Crit. aut.* 12. ibi = *Quod autem*, *qui siluit auctor videatur OPPORTUNITATEM HABUISSE de facto ipse scribendi &c. LUBRICA EST RATIOCINATIO multisque obnoxia exceptionibus &c. Corruerent, vel saltem labascerent, nisi hæc Critices Regula teneret*, *celebriores*, *& insigniores Historiæ*.

53 Quemadmodum vero Sanatæ Vir amputatam papillam non modo non negavit, sed ex ejus verbis paulo ante recitatis ejus *implicite* meminisse constat; ita etiam hanc circumstantiam *explicite* narrasset si de ea re speciale periculum subiisset. Sanata vero alterius fœminæ ulnis firmiter adstricta, & naturæ horrore, & doloris atrocitate, & adstantium Chirurgique studio, intueri certe nequiverat adversa facie quid de sua mamma recideretur; ceu ex Chirurgiæ præceptis, Testibusque ægrotam tenentibus, eique ministrantibus satis jam demonstravi (*a*).

54 Rogo autem, obtestorque doctissimos Judices, ne pro sua sapientia inani illa ratione dubitent vidisse sanatam amputatam sibi papillam, quia amputationem narrat ac si vidisset, dum ait *prosegui il taglio incominciato arrivando al vivo della carne*, *e della sponga della zinna* (Animad. cit. §. 12.) Non enim visu, sed *dolore* percipitur Chirurgum penetrasse *al vivo della carne*, *e della sponga*. Papilla vero erat jam in amputata portione gangræna emortua, proindeque dolore experte, uti oculati narrant *Sum. pag.* 2. §. 2. = *tagliò una porzione di carne nella zinna*, *e propriamente QUELLA*, *CHE ERA ANNERITA COL CAPITELLO*; = *& pag.* 4. §. 14. *e cacciò fuori il Capitello con notabile porzione di CARNE MORTA* = Resciverit autem postea ab aliis sibi recisam papillam, uti Animadversio autumat verisimile, non ideo tamen ejus silentium verisimilitudine suppositum oculatorum fidem elevat, quia in examine poterat ad id sine interrogatorii stimulo non advertisse. Quæ doloris sensu ipsa percepit religiose narravit; cæteri quæ visu dicere.

55 Omnes præterea orationis nervos eo Animadversio intendit, ut nobis objiciat amputatæ papillæ silentium, quo utitur *Georgeus de Nunzio* ab iisdem Nucerinis Sub-Promotoribus interrogatus. Dices, scribit ipsa §. 13. *hunc testem auritum esse*. *Id & ego fateor*. *Testis tamen est, qui rem omnem, prout evenerat, accepit ab ipso Curæ Medico, qui potissimam illam circumstantiam non reticuisset si vera esset*. En item argumentum a silentio petitum. Falsa ne papillæ amputatio, quia a Chirurgo in extrajudiciali sermone reticita? Falsi proinde Testes, qui oculis eam viderunt, juratique in *Judicio* deposuere? Meminerit, quæso, egregia Animadversio quo versaretur in loco Chirurgus Orlando, dum morbi historiam Georgeo narravit. *Ignoramus* ipsamet Animadversio scripserat §. 3. = *ignoramus qua spiritus*, *& mentis integritate polleret homo forte jam senex*, *morbo affectus*, *in lectulo sui doloris decumbens dum facti historiam narravit Georgeo*; *ac tandem aliud est factum exponere respondendo juridicis interrogatoriis ad eruendam veritatem inventis*, *aliud vero simplici relationi amico id petenti narrare* = Et in sub-

(*a*) *Prat. Resp. pag.* 18. *in fin. & seq.* §. 36. *ad* 37.

subjecta nota ad §. cit. = *ætas, lapsus temporis, ægritudo facile poterant in revocanda rerum præteritarum memoria non levem perturbationem, ac confusionem inducere*.

56 Quænam vero magis possibilis silentii causa, quam non e proprio, sed ex ipso Animadversionis penu oblatam hausimus? Quid mirum, si ægrotus amputatam papillam Georgeo clare, & explicite commemorare non adverterit? si advertisset, & eam clare commemorasset; quemadmodum affirmare non dubitavit, quod ulcus non obstantibus repetitis amputationibus = *sempre più profondava, e serpeggiava per la sostanza della Mammella, ch' erasi fatta così profonda, ch' erano ROSI I DUTTI LATTEI &c. PER CUI nell' ultimo taglio fù costretto a recidere UNA BUONA PORZIONE della Mammella* = Summ. pag. 8. §. 39. Quibus sane verbis implicite dixit amputasse papillam. Nam si ductus lacteos gangræna corrosos Chirurgus invenit, cum per eosdem ductus papilla mammæ adhæreat, necessario etiam papilla jam fuerat gangræna corrupta, uti scite advertit Cl. Astruccius *de morb. mulier. lib.* 4. *cap.* 4. §. 10. = ibi = *Si abscessuum pus acre fuerit, ut canalium lactiferorum plerique corrodantur, PAPILLA, quæ nisi per ipsos mammæ nectitur, NECESSARIO DECIDET* =. Idque luculenter patet ex ipsis recitatis Chirurgi verbis, quibus ediscimus causam, qua ille = *fu costretto a recidere una buona porzione della mammella*, = fuisse quia = *erano rosi li dutti lattei* =, qui papillam substinent, unoque nexu cum ipsa superiorem mammæ partem constituunt, a Chirurgo necessario recisam.

57 Fuerit utique Georgeus de Nunzio a strenuis Nucerinis Judicibus, & Sub-Promotoribus, ut cæteri, interrogatus tamen nonnisi ea referre poterat, quæ ab ægroto Chirurgo audierat, cæteri, quæ propriis oculis viderant. Quid autem probat amputatam non fuisse papillam responsio illa Chirurgi interroganti Medico data = quod *per quanto costava al suo giudicio quella sanazione giammai poteva essere effetto della natura, o opera dei rimedj* =, ac si, abscissa papilla, haud dicendum sibi fuisset = *per quanto costava al suo giudizio*? Animad. §. 14. Si enim præteritarum rerum eum oblitum supponis, frustra illius verba interpretaris extra Judicium prolata; præsertim cum Peritis familiare sit omnes etiam insanabiles morbos utpote tales ex proprio judicio, ac peritia decernere, de quibus Rota in *Rec. Dec.* 139. *num.* 13. *part.* 15. Nihil ergo refert, an ægrotus Chirurgus in sua cum Medico collocutione de papilla siluerit, cum ejus amputationis probatio non a Periti judicio, sed ab *oculatis* Testibus pendeat. Animadversioni propterea do Medicum de Nunzio si ab ægrotante Chirurgo amputatam papillam accepisset, absolutam ipsum pronunciaturum fuisse naturalis illius restitutionis impossibilitatem, nec proinde dicturum quod = *non sarebbe bastato lo spazio di più mesi* = quibus verbis ipse spectavit ad recisorum vasorum orificia occludenda, & Inorganicæ molis incrementum juxta naturæ leges expectandum; uti Gagnier apud Haller *disput. Chir. quæst.* 134. §. 2.

58 Germanum huic, & æque inane est aliud argumentum non amputatæ papillæ, quod hæc a Postulatore expressa non fuerit in Articulis *Animad.* §. 15. E quonam, quæso, fonte veteres Postulatores hujusce Miraculi, ejusque circumstantiarum relationem hauserunt?

Non

Non ne per Reini Parochum a Georgeo de Nunzio (a)? A quonam hie ejus historiam, nisi ab ægrotante Chirurgo rescivit? Si Chirurgus morbo correptus amputatæ papillæ circumstantiam oscitanter omisit; quonam pacto Medicus Postulatori eam nuptiare valebat? Quonam pacto Postulator, nisi divinans eam in Articulis exponeret? Vide quam ineptum sit argumentum ab articulorum silentio petitum.

59 Summæ certe Postulatoris diligentiæ fuit Miraculi circumstantias non ab aliquo de plebe homuncione, sed ab ipso Oppidi Paroco rescire; Si relatio, quam ipse expetierat = *con precisione* = haud voto respondens manca fuit, quid Postulatori culpæ, quidve detrimenti probationibus attulit? Non articulis, sed Testibus probatio coalescit. Multoque minus Testium fidei derogat quod ad articuli declarationem ea ipsi deponant, quæ in articulis expressa non sunt; imo quotidiana experientia edocemur sæpe Testes, qui de *veritate dicenda* jurant, articulatos errores corrigere, vel rem etiam deponere Articulo e diametro oppositam. Hinc unusquisque articulus hac forma concluditur; *prout enucleatius Testes enarrent cum suis circumstantiis*. In hac facti specie in *Articulo* 372. repetitæ exponuntur carnis amputationes in mamma a Chirurgo peractæ. Testium ergo erat in hujusmodi Articuli declarationem amputatæ partis qualitatem, quantitatemque designare; prout indigitarunt fuisse = *propriamente quella, ch' era annerita col capitello = cacciò fuori il Capitello con una notabile porzione di carne morta: = recise più della metà di detta zinna = restando recisa quasi tutta la mammella* = A Jure autem abhorret Testium fidei detrahere quod iidem declarent Articulos, vel factum deponant non perfecte in Articulo explicatum; Bart. *in Leg. Si duo* §. *Idem Julianus*, Felin. *inf. vers.4. Extra de Test.*, Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1365. *num.* 6., uti Testis cumulate probat = *quando deponit aliqua conferentia ad declarationem eorum, quæ super Articulo deponit* = Farinac. de Test. *qu.* 71. *num.* 24. = ibi = *Confert ad declarationem eorum, quæ in Articulo continentur* = & *num.*31, = *Si Testis plene deponat FACTUM NON PERFECTE IN ARTICULIS EXPLICATUM, non dicitur deponere extra Articulos, & probat.* = Rota *in rec. dec.*416. *num.*9. *par.* 5. *Tom.*1. *&c.*

60 Quemadmodum vero Testes factum non perfecte in Articulo explicatum deponentes plene probant; sic ex hujusmodi Articuli imperfectione evidentior patet causa silentii eorum, qui papillæ amputationem haud explicite meminerunt. De ea tacebat Articulus, interrogatoria tacebant; opus ergo erat peculiari Judicum, & Sub-Promotorum solertia ad eam circumstantiam a Testium ore eruendam. Pronum certe eam commemorare fuit iis, qui amputatam mammam, vel manu tenentes, vel cæteris proprius ministrantes factum alta mente repositum habebant; ac æque facile fuisset id Sanatæ Viro dummodo interrogato; utpote qui jam dixerat fuisse *recisa quasi tutta la mammella* = quæ verba papillam item amputatam complectuntur; facile quoque fuisset id explicite commemorare vel ipsi Sanatæ, ea in Animadversionis hypotesi, qua ab aliis postea factum rescivisset, quod ipse videre omnino nequiverat.

Quam-

(a) *Summ. pag. 7. in fin. & seq.*

61 Quamquam vero docta Animadversio concedat §. 16. *exceptiones hujusmodi Argumento negativo inniti, quo nihil in judiciis inan ius esse Defensores contendunt*; id tamen argumenti genus valere po tissimum opinatur, verbis utens *Storkenau* si constet = *factum ei qui silet certe innotescere debuisse*; *si foctum sit valde memorobile*, & *nototu dignum od filum historiæ pertinens*, *multumque forta sse od oliorum*, *quæ in ea pertractantur confirmotionem fociens*; *si Auctor habuit singulorio motivo illud adducendi*; *si ex ejus relatione nullum incomodum in se redundaturum certe timere potuit*.

62 Perbelle quidem, sed præter rem, & importune relatum. Si enim horum verborum cortici non inhærens, sed legere pergas, quæ Auctor immediate ante, ac postea scripsit, facile assequeris id ea in hypotesi scripsisse, qua coævi, aut oculati omnes de aliquo facto sileant, quod uni recentiores enarrant (o). *Si factum*, inquit, *quoddam memorabilius Testes recentiores enarrent*, *cujus NULLUS æquolium meminit*, *jure in dubium vocari potest*; idque ob rationes ab Animadversione paulo ante excriptas; si vero etiam coævorum efficax silentii causa possit afferri, ipsorum recentiorum relationi standum esse authumat; si tandem, ut in nostra facti specie, ex ipsis coævis, sive oculatis, alii factum referant, alii sileant, horum silentium nihil omnino illorum fidei detrahere docet, etiamsi historiæ leges exegerint, ut etiam tacentes factum ab aliis relatum enarrare debuissent. En ejus verba aliis ab Animadversione relatis immediate sequentia = *Si jam vero supradictis opposita obtineant*, *silentiique coævorum rotio efficax reddi possit*, *nullum inde argumentum pro rei a recentioribus relatæ falsitate peti potest . . . Atque id* MULTO MAGIS *tum observandum est CUM, aliis coævis tacentibus*, ALII REM ENARRANT: *tunc enim locum habet recepto apud Criticos regulo*: qui aliquid tacet, id propterea non negat: ESTO ETIAM QUOD ID HISTORIÆ LEGES EXEGISSENT. *Nam convenientius est judicare unum illum fortossis in historiæ leges peccosse*, *quam reliquos omnes in froudis*, *out ignorontiæ suspicionem vocare*. *Sic veritas librorum Evangelicorum non infringitur ex eo*, *quod non omnia a quovis Evangelistarum referantur*, *sed in uno extent*, *quæ ab alio prætereuntur*.

63 Quæ cum ita sint, caveat Animadversio, ne oppositam sibi hujusce Auctoris doctrinam nostræ Causæ accommodet; (Animad. §. 17.) sed ad illum reservet eventum, in quo omnes omnino oculati Testes de re aliqua sileant, quam inde recens quis vel effingat, vel audivisse testetur. Eo enim in eventu versamur, quo inter Testes TRES OCULATI de amputata papilla non tacent, sed eam a se visam expresse referunt. Ergo juxta ipsius Auctoris doctrinam nullum est argumentum ab aliorum silentio petitum, etiamsi *historiæ leges exegissent*, ut ii non tacerent, quin ulla hujusmodi silentii causa afferenda sit; proindeque integra stat affirmantium fides.

64 Attamen sagax Animadversio suo e loco divulsa ad aliam confugit Critices regulam a magni nominis Scriptoribus acceptam *Mabillonio*, *Honorato a S. Maria*, & *Benedicto XIV*. Ea est hujusmodi = Animadvers. §. 18. *Duplex est Argumenti negativi genus*; *oliud pure*

(o) Storckenau *Instit. Logic. part. 3. cap. 4. §. 224. ex adv. cit.*

pure , & simpliciter negativum , aliud vero mixtum utpote quod aliquid positivi adjunctum habet . Etsi vero quod mere negativum est, sæpe numero vim non habeat , longe tamen diversum fore judicium de altero quod aliquid habet positivi &c. Critici docent , quia ex positivo quod cum isto argumentationis genere connectitur , quidquid negativum est valde roboratur = Ex qua regula ita concludit = *In casu nostro plura concurrunt , quæ & positiva sunt , & ad roborandum quod negativum est maxime idonea* .

65 Sed in eumdem scopulum Animadversio incidit , in quem paulo ante offendisse ostendimus ; regulam scilicet uno in casu stabilitam ad alium ipsa transferens perperam , & importune nostro eventui accommodavit . Numquam enim memorati Scriptores effinxerunt , nec vero etiam somniare umquam poterant tale monstrum vel ipsi rationis lumini repugnans , quod argumentum negativum sive simplex , sive mixtum , argumento *positivo* prævaleat , aut oculatorum testimonium dubium quodammodo reddat . Quid porro absurdius ? vel quid a Critices regulis magis absonum , ac peregrinum ? Utique ii docuere negativum argumentum majus robur acquirere , si quid positivi mixtum habeat , sed eo tantum in eventu , in quo res est de facto a recentioribus vel efficto , vel si mavis , narrato , coævis tacentibus ; numquam vero de re ab oculatis testata , silentibus aliis .

66 Atque ut eisdem emunctæ naris Scriptoribus id ostendam , ad quos Animadversio appellat ; Benedictus XIV. , qui objectos alios , Honoratum a S. Maria , & Mabillonium laudat , suam, eorumque doctrinam exemplo illustrat ab ipso Mabillonio petito (*a*) . *Argumentum* , scribit , *negativum cum positivo mixtum erit , si dicatur : NULLUS AUCTOR ante Martinum Polonum meminisse legitur Joannæ Papissæ ; OMNESQUE Auctores SYNCRONI immediate post Leonem IV. ponunt Benedictum III. &c. Illud , quod negativum est in hoc argumento consistit in eo , quod dictum est NULLUM Auctorem ante Martinum meminisse Papissæ ; illud vero quod positivum est , consistit in eo , quod cæteri Auctores immediate post Leonem IV. ponunt Benedictum III. &c. Ut primum vi , & robore non careret , oporteret singulos evolvisse Scriptores, ex quorum silentio argumentum eruitur , nec non oporteret nos CERTOS ESSE NULLUM OMNINO EX AUCTORIBUS , qui rem, de qua, agitur, pertractaverint interiisse ; fieri namque potest , ut Auctor, cujus scripta ad nos usque minime devenerunt , rei alicujus mentionem fecerint quæ tamen a cæteris fuerit prætermissa. Ita docet P. Mabillonius &c.* idemque exemplum affert Honoratus a S. Maria (*b*) .

67 Hic tantisper siste, & ex actis proba , NULLUM oculatum Testem meminisse amputationis Papillæ ; Si TRES inveneris , tuis ipsa telis confossa concides ; quin amplius valeas alteram argumenti partem probare . Ea enim in hypothesi tantum negativum argumentum mixtum

(*a*) *Bened. XIV. lib. 3. cap. 10. num. 3. , & seqq. exad. cit.*

(*b*) Honoratus a S.M. *in tract. exar. cit. de usu Critic. dissert. 3. art. 2. §.11*

xtum (ut in fabula Joannæ Papissæ) obiicere nobis posses, qua Papillæ amputationem aurito aliquo Teste *de fama* deponente probare contenderemus; quin *ullus oculatus* de ea meminisset; & *omnes* ejus loco aliam partem amputatam ponerent. Nam argumentum negativum cujuscumque generis inter coævos, & oculatos non datur; ut bene Cl. Antonius Genuensis (*a*). *Quæ historici narrant coævi in dubium vocanda non sunt ex hoc tantum, quod alius, aut alii etiam coævi taceant . . . . . Quæ facta testes non coævi, NEQUE OCULATI magna etiam consensione narrant, in dubium vocari possunt, si nemo coævorum et OCULARIUM historicorum memoret, cum memorandi opportunitas erat. Nam unde recentes isti ea hauserunt? nihil aliud proferri potest, nisi popularis fama, qua valde quam mendax est. Atque hoc NON ANTECEDENS illud argumentum EST NEGATIVUM.*

68 Et sane Mabillonius docet, eumque sequitur Benedictus XIV. (*b*) quod cum res est de facto a recentiore narrato, de quo coævi tacerent, *licet prudenter dubitare usque dum novum aliquod lumen menti obveniat ad conceptum dubium resolvendum*. Hoc vero lumen non aliud esse, nisi *unum* coævum Testem, aut monumentum, idem Mabillonius explicat (loc. cit.) exemplo Auctoris dissertationis de *Hemina*, qui, *ut ostendat*, sunt ejus verba, *S. Benedictum de Communione Eucharistica neutiquam loqui cap.* 38. *suæ Regulæ &c. unum superaddit tamquam indubitatum, Animadversionem scilicet non expuendi aliquandiu post Communionem prorsus inauditam fuisse D. P. Benedicti aevo &c.* quem auctorem confutat addens: *Sed opitulante Deo UNUM opportune OCCURRIT in vita S. Jo. Chrysostomi a Palladio græce conscripta; in hac quippe vita &c. sic legimus: admonebat, ut omnes post communionem aquam, aut pastillum degustarent &c.* atque inde concludit, quod argumenti negativi *falsitas ex ipsis Palladii verbis palam evincitur*. Sic item Benedictus XIV. (*c*) audaces illos homines, qui celeberrimam S. Francisci visionem una cum Indulgentia, quæ dicitur *Portiuncula* tamquam apocrypham traduxerunt sub obtentu, quod de ea contemporanei sileant his verbis exprobat: *Sed cum Palutius &c. ex antiquis bibliothecis monumentum* AUCTORIS CONTEMPORALIS *prædicta omnia narrantis ediderit, ex hoc facto clare desumitur non ita facile dicendum esse nullum ex coævis Auctoribus hanc illamque rem referre &c.*

69 Si ergo unus Auctor, unum syncronum monumentum totam argumenti negativi, sive simplicis, sive mixti molem evertit, ejusque præsumptum robur sternit, vincit, extinguit: quonam, quæso, Critices fundamento nobis hujusmodi argumentum objicitur, cum amputatam papillam non *auritus*, non *unus* dumtaxat *oculatus Testis*, qui tamen solus illud argumentum vinceret, sed TRES oculati Testes a se visam referunt, & affirmant?

70 Prætereunda propterea sunt quæ prolixo calamo Animadversio congerit §. 19. & *seqq.*, ut abs re proposito, & effícto argumento negativo quid addat positivi. Abutor equidem patientia vestra, Sapientissimi

(*a*) *Genuensi de Art. Logic. Crit. lib.*4.*cap.* 2. §. 20.

(*b*) *Mabillon. in tract. de stud. Monast. cap.* 13. *Tom.*2 §. *Multum, Benedict.XIV. cit lib.* 3. *cap.* 10. *num.*6.

(*c*) *Bened.XIV. cit.lib.* 3.*cap.* 10. *num*:5:

simi Judices; sed ad abutendum cogor, ne optimæ Causæ desim. Itaque Animadversio ad quid positivi afferendum, quod amputatam papillam, magnamque mammæ partem ab oculatis testatam excludat, sibi rimanda proponit Sanatæ verbula, ac si una ipsa Prodigii Testis afferatur; ac si una ipsa, quæ nihil vidisse oportebat, nihilque inter alienas ulnas constrictam videre potuisse constat, omnia vidisset; ac si demum una ipsa in dicendo verax, cæteri oculati mendacea; vel saltem decepti dicendi sint.

71 Quater, inquis *cit.* §. 19. Medicus ad ægrotam accessit. Primo emolliens præscripsit emplastrum. Altera die *colla loncetto gli oprì un taglio*. Tertia vice = *avendo ritrovata la carne più annerita, con forbice andò quella tagliando sino al vivo*. Quarta vice *lo stesso fece, allorchè tornò a visitarmi circa l' ora del mezzo giorno*; scilicet emortuam carnem amputare prosecutus est. Sed quam, & quantum? Sanata non dicit. Ubinam positivum? Quoniam vero Regula Juris est, quod Testis dictum per alios declaratur; sic pro eadem Sanata, quæ nihil videre poterat cumulate respondent adstantes, ac ministrantes fœminæ, Medicum amputasse *propriamente quella, ch' era annerita col Capitello* = Summar. pag. 2. §. 2 = *cacciò fuori il Capitello con una notabile porzione di carne morta*= pag. 4. §. 14. Respondet ejusdem Sanatæ Levir vidisse, quod = *ne recise più della metà di detta zinna*: ac postea vidisse mammam *sana del tutto, e colla carne, e col Capitello cresciuta* (Summar. pag. 6. §. 24., & 28.) Respondet pro Chirurgo Medicus de Nunzio = *nell' ultimo taglio fu costretto a recidere una buona porzione della mammella* Summar. pag. 8. §. 39. Respondet demum ipsius Sanatæ Vir, quod Chirurgus *proseguì a tagliare la parte annegrita sino al vivo, restando così recissa* QUASI TUTTA LA MAMMELLA. (Summ. pag. 15. §. 79.) Quonam pacto, iterum sciscitor, recidi umquam poterit mammilla *quasi tutta*; *più della metà*, nisi recidatur papilla?

72 At Sanatæ Vir exageravit iterum repetis *in nota ad Animad. cit.* §. 19. dum ait *quasi tutta la mammella*; *sed ipsi parcendum, quia quoad hanc circumstantiam oculatus non est, sed id refert, quæ a loquacissimis fœminis accepit*. Ita ne? Sed undenam id hauris? Ex ipsius ne depositione? Hujus certe notionis nec vestigium, nec vola. Quia, reponis, *colligimus ex depositionibus Annæ Calzone, & Donatæ Negri, quod solæ cum Magdalena Mari adstiterunt*; Retulere quidem hæ mulieres, quod cum ipsa Magdalena *ci portammo unitamente in Casa di detta Paziente, dove giunte osservammo, che il succennato Medico &c.* Summar. pag. 2. §. 2., & pag. 4. ante §. 14. Numquam tamen retulere fuisse solas, nec adstitisse ægrotæ Virum. Loquacissimæ, ut ais, fuissent, si extra rem, de qua interrogabantur, retulissent etiam invenisse ibi Sanatæ Socrum, Virum, Levirum . . . . Ipse contrario Sanatæ Vir aperte profitetur morbi historiam narrare, *perchè E' PASSATO SOTTO I MIEI OCCHI, ed accaduto in mia Casa*; (Summar. pag. 14. §. 71.) ipse Chirurgum accivit, & ad inviaendam uxorem duxit pag. cit. § 75., ac item ait pag. 15. §. 81 = *Proseguendo io la mia deposizione giurata, dico, ed attesto per causa di scienza DI VEDUTA &c.* & pag. 16. post §. 84. interrogatus, an in sanatione crysis adfuerit, respondit negative ad-

addens = *avrei io dovuto certamente saperlo , e vederlo , che* COL-LA CONFIDENZA MARITALE ASSISTEVO *detta mia Moglie* . Vide ergo nugas contra factum allatas .

73 Sed illuc revertor , ad illud scilicet positivi, quod adversus oculatos Testes cum supposito negativo Animadversio conjungere nititur. Constat , inquit , *cit.* §. 19. ex Sanatæ , ejusque Viri depositione *forficem,non cultrum fuisse adhibitum* . Quid nostra de hacce *accidentali* circumstantia interest ? Sive enim cultro , sive forfice sit usus Chirurgus,certum est *ferro* amputasse magnam mammæ portionem-uti ad rem notat Farinaccius *de Test. q.* 68. *num.* 19. = ibi = *Alternativa depositio utraque* TENDIT AD UNUM EFFECTUM , *puta si Testis diceret cum gladio , vel clavo ; tunc enim uterque intellectus concludit maleficium , & ideo habetur pro concludenti probatione* . Verosimile autem est utroque instrumento in scarificanda emortua carne fuisse usum Chirurgum , forcipe , atque cultro; quemadmodum in scarificationibus , & amputationibus præscribit Munincks *Chirurg. lib. cop.* 17. §. 58. = ibi = *Sunt vero instrumenta ad hanc operationem necessaria* CULTER &c. FORFEX &c. , cui adhæret Heisterus *Instit. Chirurg. in introduct.* §. 36.

74 Ideo autem Animadversio negat repetitis scarificationibus remansisse amputatam *quasi tutta la mammella* = vel *più della metà* , quia licet id fieri non possit sine acri dolore , tamen non legimus fuisse ægræ corpus firmatum , vel ejus velatam faciem , vel soporiferam propinatam potionem ; quemadmodum Chirurgos consuevisse in præterita actione narrabamus . Utique id narravimus ad demonstrandum totos in eo esse Chirurgos, ut satagant, ne ægri quid sibi amputetur videant . At pro dispari resecandorum artuum ratione , dispar excisionis opus , & apparatus ; uti perpendit Haller *Disput.Chirug. dissert.* 134. §. 1. Licet enim dissimili ratione instituatur amputatio brachii , vel cruris , ac cancri extirpatio , aut gangrænosæ partis sectio ; illud tamen in omnibus amputationibus obtinet, quod æger firmiter ministris contentus hæreat , uti observandum docet idem Haller. *loc. cit.* = ibi = *Sedet æger in sedili aptato* MINISTRIS FIRMITER CONTENTUS , *ne doloris acuto sensu percitus sese moveat , movendoque interturbet operationem* . Et Swietenus *ad* §. 469. *num.* 1. = ibi = *debent idonei esse* ADJUTORES , *qui immobilem ægrum retinere possint . . . . non admittantur otiosi spectatores &c. numquam adsint Amici ægri* . Nostram ægrotam alteram ex adstantibus fœminis suis brachiis firmiter tenuisse adstrictam ultro Animadversio concedit . Ei tamen probandum remanet Ægrotam a mamma oculos non avertisse . Nobis enim sat est , eam ostendisse inter aliena brachia firmiter contentam , immanique dolore percitam , ut cuique sapienti probemus vel nihil vidisse , vel minus certe vidisse quam ministræ fœminæ, aliique adstantes , qui liberi serena fronte , quietoque animo Chirurgicam operationem in alieno corpore contemplabantur .

75 Ne dolorem quidem ægram percepisse Animadversio opinatur §. 20. quia = *era la parte senza sensazione . . . . da esso esperimentata nella carne fongosa se aveva senso affatto non ce ne ritrovò* . = Hæc quidem legimus de carne sphacelo mortua , omnique sensu experte. At vivam dolere carnem , si amputetur , melius quis experimento ,

 quam

quam nos verbis, assequi potest. Audi misellam fœminam narrantem *Summar. pag.* 11. §. 56. Chirurgum non modo = *avendo trovatà la parte annegrita in quella parte fongosa stimò, come fece, di tagliare con forbice tutta la parte mortificata*; sed etiam *avendone osservata altra parte mortificata proseguì il taglio incominciato arrivando* AL VIVO DELLA CARNE, E DELLA SPONGA *della zinna*. Cui adhæret ejus Vir pag. 15. §. 79. *proseguì a tagliare la parte annegrita* SINO AL VIVO &c. Neque secus evenisse unquam poterat. Nam in hujusmodi scarificationibus Chirurgi pro artis peritia aliquid partis sanæ recidere debent; ita ut inter vitiatam partem, & sanam spatium fere digiti intercedat: ceu præ cæteris docent Heister. *Instit. Chir. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *de gangr.* §. 9. Haller. *disp. Chirurg. tom.* 5. *quæst.* 134. §. 1. = ibi = *Vitiatum inter, & sanum* UNIUS FERE DIGITI *intercedat spatium*; Munincks Chirurg. lib. 1. cap. 17. §. 55. = ibi = *Ex parte sana potius ALIQUID EXCIDATUR, quam ex ægra relinquatur &c.* IN PARTE SANA FACIENDAM ESSE SECTIONEM, *proxime tamen ad ægram SPATIO UNIUS circiter DIGITI transversi*. Hinc in passis mammæ amputationibus tanto, tamque atroci se affici dolore sentiit ægrota, ut coram Chirurgo, suoque Leviro emori potius, quam novam amputationem subire decreverit *Summar. pag.* 6. §. 25. = ibi = *Dopo quel taglio, con cui ne recise più della metà della detta Zinna, al comparire di quella negrezza .... la paziente mia Cognata gli disse* (Chirurgo) *me presente, CHE PIU' PRESTO VOLEVA MORIRE, che assoggettarsi all' altro taglio*.

76 Cætera sanatæ verba excutere pergit Animadversio §. 21. ut ex iis quid positivi colligat contra oculatos Testes amputatam papillam deponentes. Ejus argumenti summa hæc est. Tumor initio *aveva fatto qualche seno* = *facendo il seno più profondo*; hinc Chirurgus illum lanceola aperuit, ac digestivo emollivit. Postridie *stimò, come fece, di tagliare con forbice tutta la carne mortificata*; in postrema tandem visitatione *proseguì il taglio incominciato arrivando al vivo della carne, e della sponga della zinna*; concludit propterea = operationes Chirurgicas ad interna fuisse directas, ac proinde superfuisse superiorem, exterioremque spongiæ partem vivam, in cujus medio papilla sita est.

77 *Pulchra verba*: Inquiebat Ambrosius. *sed verba sunt*. Utique Sanata affirmat tumorem uberis ima penetrasse; affirmat Chirurgum amputasse *tutta la carne mortificata*; sed ex his non habes illud, quod quæris positivi, hanc mortificatam carnem non esse *propriamente quella, ch' era annerita col Capitello* (Summar. pag. 2. §. 2. pag. 4. §. 14.) percepit illa tandem intimo doloris sensu, quod Chirurgus *proseguì il taglio arrivando al vivo della carne, e della sponga della zinna*, non inde tamen patet gangrænæ virus, quod in horas serpit, quippe in ipso sui ortu externa integumenta corruperat, uti ipsa Sanata ait *Summar. pag.* 12. §. 65. eisdem pepercisse, eaque sana reliquisse. Sed votis, ut ego respondeam, quid positivi ex Sanatæ verbis habetur, in medium proferam. Ita profecto novo judicii genere quidquid jam per oculatos Testes exploratum cognitumque habemus, id ab illius verbulis aucupabimur, quæ non visa, sed uno dolore percepta retulit.

78 *Cicatrix*, Animadversio inquit, §. 23. locum indicat, in quo malum fuit; eaque a Peritis designatur = *alla distanza di più di un pollice dal Capezzolo, e propriamente dalla parte laterale, e superiore &c.* Ex his ergo concedas oportet in parte superiori mammæ ortum esse tumorem non longius a papilla, quam *un pollice*. Sed hic tumor *tratto tratto ingrossandosi della figura più d'un ovo, e profondo sino alla sponga, dalla quale scaturiva il latte . . , con marcia puzzolentissima*; ut inquit Sanata *Sum. pag.* 10. *in fin.*, & *seq.* hic inquam profundus tumor non longius distans a papilla, quam *un pollice*, ac ingens *più d'un'uovo* per ipsam papillam, aut certe per subjectas ei partes, lactiferosque tubulos ambiebat. Lanceola ipsum Chirurgus aperuit; ac inde (Sanata prosequitur pag. 11. §. 55.) *avendo trovata la piaga annegrita in quella parte fongosa* (a) *stimò, come fece, di tagliare TUTTA LA PARTE MORTIFICATA*; ac tandem *proseguì il taglio incominciato arrivando al vivo della carne, e della sponga della Zinna*; quæ quidem verba non certe innuunt, quod Animadversio contendit salvam remansisse spongiosam mammæ substantiam, sed, Chirurgum, recisa jam corrupta ejus parte, amputationem ad sanam usque partem ipsius spongiæ protraxisse. Non enim dixit *sino alla sponga* = sed *sino AL VIVO della sponga*.

79 Relata vero Sanatæ verba satis superque sunt, ut positivum argumentum pro Testibus papillæ rescissionem deponentibus colligamus. Si enim gangrænæ virus in ipso sui ortu *e superiore* Mammillæ parte ad inferiorem penetravit, quia *sempre più profondava, e serpeggiava per la sostanza della Mammella*; ipsosque lactiferos tubulos foedaverat, & eroserat, ut Chirurgus advertisse retulit (b) *per la gangrena ERANO ROSI LI DUTTI LATTEI*; ac ipsa Sanata repetit, quod ante ipsam tumoris aperitionem ex eo *scaturiva il latte &c. con marcia puzzolentissima*, necessario decidere papilla debebat; juxta superius relatam sententiam Astruc. *de Morb. mulier. lib.4. cap.4. §.10.* = ubi = *Si abscessuum pus acre fuerit, ut canalium lactiferorum plerique corrodantur, PAPILLA, quæ nisi per ipsos Mammæ nectitur NECESSARIO DECIDET*; & in prognos: = *quoad PAPILLÆ CASUM QUANDO ABSCESSUS IPSUM PROMOVEAT, NULLA RATIONE IMPEDIRI POTEST*.

80 Neque dicas Chirurgicas amputationes ad interna dumtaxat fuisse directas, tum quia gangræna, non modo *sempre più profondava*, sed, ut moris est = *SERPEGGIAVA per la sostanza della Mammella*; ductusque lacteos fœdaverat, & corroserat; tum quia Chirurgus in amputanda = *tutta la carne mortificata* = amputationem ipsam non tam in imum, quam in latum, sive transversim instituere pro sua peritia, & necessitate debebat; uti de Chirurgorum consuetudine refert Heisterus *Inst. Chir. pag. 1. lib. 1. c.16. §. 9.* = ibi = *Quo magis vehemens sphaceloque proprior gangræna deprehenditur &c. repetitæ, eæque profundiores, & longio-*

(a) Perperam hic Animadversio pro parte fongosa interpretatur tumorem loco uberis, cum id repugnet antecedentibus verbis: *profondo sino alla SPONGA, dalla quale SCATURIVA IL LATTE . . . avendo trovata la piaga annegrita IN QUELLA PARTE fongosa*.

(b) *Summ. pag.8. §.39.*

giores factæ incisiones, sive scarificationes partis affectæ ad vivum usque, eæque tunc non solum secundum longitudinem, verum &c. TRANSVERSIM INFLICTÆ &c. Et §. 10. *Miserum, sed unicum auxilium est &c, membrum, sive partem, quæ emortua est auferre.*

81 Nil tandem magis compertum est, quam postremæ amputationi causam dedisse lactiferorum ductuum erosionem, qui papillæ basim constituunt; uti Medicus a Chirurgo accepit Sum. cit. pag. 8. §. 39. *Erano rosi i dutti lattei, per cui nell'ultimo taglio fu costretto a recidere una buona porzione della Mammella.* Cum ergo erosis plerisque tubulis, Papilla, quæ nisi per ipsos mammæ nectitur necessario decidet, ceu superius docebat Astrucius; vere Testes dixisse constat in amputata corrupta carne corruptam comprehensam esse papillam = *tagliò una porzione di carne nella zinna, e propriamente quella, ch'era annerita COL CAPITELLO* = Sum. pag. 2. §. 2. = *con tal taglio cacciò fuori IL CAPITELLO CON UNA NOTABILE PORZIONE DI CARNE MORTA* = p. 4. §. 14. En quid positivi ex Sanatæ verbis colligendum est.

82 Non hic regeram cum Animadversione §. 21. nihil positivi erui omnino posse ex Chirurgi silentio, verbisque quod fidem oculatorum Testium papillæ amputationem affirmantium extenuet; cum id cumulate superius ostenderim. In eo tamen tantisper sistam, quod sapiens Animadversio præterire simulat, nonnullos Consultores, ut ipsa ait, in suspicionem adduxisse *interessentiam duarum mulierum Chirurgicis operationibus*, quia Donata Negri, & Anna Calzone cum Magdalena Mari ad infirmam adveuisse deponunt = *Nella mattina di un giorno &c.* Sanata tamen ait Magdalenam invocationis auctorem ad se venisse cum gangræna nimis progressa nullam amplius curationem admittebat = *verso le ore ventiquattro*, licet Donata, & Anna horam vigesimam secundam designent. Sanatæ vero Vir operationes Chirurgicas recensendo, præfatas mulieres ne memorat quidem, & Magdalenam Mari desperatis jam rebus ad uxorem venisse affirmat. Ita Animadversio in prolixa adnotatione *ad cit.* §. 21.

83 Typis abuti cogor in refellenda re, quæ per sese acta legenti patet. Nam præfatæ mulieres Donata Negri, & Anna Calzone diserte rotundisque verbis deponunt sese BIS ad ægrotam cum Magdalena Mari venisse. Primum cum propriismet manibus Chirurgo mammam amputanti ministrarunt, ac propriismet oculis ejusdem rescissam partem viderunt. *Summ. pag.* 2. §. 2. *pag.* 4. §. 14. Secundo cum desperatis jam rebus, ægrotæque vita a Chirurgo conclamata una cum ipsa Magdalena Mari, ad invocandam V. Ligorii opem depositam ægram excitarunt, unaque omnes ad id preces ingemiuarunt - *Sum. cit. pag.* 2. *post* §. 2. *ad* 4. = ubi = Anna ait = *Al giorno poi verso le ore ventidue la sudetta D. Maddalena Mari mi chiamò NUOVAMENTE, e volle portarmi in sua compagnia colla sudetta Donata Negri in Casa dell'inferma &c.* idque confirmat eadem Donata *Sum. cit. pag.* 4. §. 15.

84 In ipsam certe cogitandi artem peccaret enormiter, qui binas hasce visitationes a Testibus de facto proprio relatas, vel inficiari, vel in suspicionem adducere eo tantum nomine vellet, quod illas Sanata, ejusque Vir non commemoret, ac si ad texendam morbi ejus-

ejusque gravitatis historiam commemorare singulos tenerentur, qui per ægritudinem ad sese invisendam adiere. Uterque autem tacere omnino nequivit postremam Magdalenæ Mari visitationem, quia hæc mulier, allata ad eorum domum Ligorii imagine, ejus invocationis auctor fuit; ita ut de ejusdem invocationis causa deponere nequivissent, quin ab hacce muliere ægram excitatam non dixissent. Numquam tamen dixere tunc *primum* Magdalenam ægrotam invisisse, cum ei Ligorii opem implorandam suasit; vel ipsam *solam*, haud aliis comitatam mulieribus accessisse. Vererer autem, ne Sanatæ fidei detraxisset si in assignanda postremæ hujusce visitationis hora cum præfatis mulieribus ea convenisset, quam hæ designant *vigesimam secundam*; illa vigesimam quartam. Nam ut inquit Rota *in Rec. decis. 67. num. 7. part. 10.* = ibi = *Non est verosimile, quod præcisam adeo retinuerint non solum diei, sed etiam ipsius horæ memoriam.*

85 Idque vel magis inverisimile videtur in ægrota, quæ jam deposita Ecclesiæque extremis munita, ad exitum se comparabat cum Magdalena Mari ad ejus mortis lectulum accessit, quæque propterea alio certe cogitationem suam, quam ad horam converterat. Contestea vero sunt binæ mulieres Magdalenæ Comites in assignanda hora vigesima secunda; ab eis tamen nec ipsa Sanata in hac mere accidentali circumstantia discordat, utpote quæ narrat Magdalenam Mari cum V. Ligorii imagine ad se venisse: *la sera*: scilicet sole ad occasum vergente, cum Chirurgus affectam mammam postremo invisit, quod verisimilius accidisse patet hora vigesima secunda, quam vigesima quarta = *Summ. pag.* 11. §. 57. = ibi = *Ritornato lo stesso Medico Chirurgo la sera &c. protestò, che non vi era più riparo &c. ed allora fu, che la sullodata D. Maddalena Mori ec. si portò in Casa mia &c. portando seco una figura del Servo di Dio.*

86 Quæ hactenus doctissimus Censor Negativa argumenta objecit facile a nobis refellenda prævidens, illud *decretorium* appellat, quod superstes cicatrix præbet, addens Animad. §. 22. = quod = *nemo negabit argumentum illud positivum esse, quod a signo, sive cicatrice superstite desumitur*. Ita sane fuisset, si necessitatem in Deo fingeremus ea semper ratione operandi Miracula, qua natura sanationes suas perficere solet. In his enim naturæ sanationibus ex superstite cicatrice sanati ulceris latitudinem arguere possemus, si natura ipsa, uti parumper fingimus per totam latitudinem cicatricem relinqueret. Non ita tamen in sanationibus ab Excelsi dextera patratis, quia ut ipsa nobiscum congruit Animadversio §. 25. *nemo certe est tam iniquus, & religionis contemptor, qui hunc sibi det definire modum; Deus quidquid vult operatur, & eo quo vult modo*. Hinc fit, ut argumentum a superstite cicatrice ductum *positivum* quidem sit in naturalibus sanationibus, in divinis autem NEGATIVUM. Nam Logicorum effatum, quod = *a posse ad esse non datur argumentum* = multo magis obtinet in nostra facti specie, in qua ex superstite cicatrice, quæ in naturæ ordine juxta ulceris formam effingi debuisse esse latam, & orbicularem, argumentari nequit in hac sanatione divinitus operata, cum ea parva sit, parvum quoque *fuisse* ulcus. Qui enim ita argumentatur, necessitatem omnino fingere in Deo debet juxta naturæ ordinem operandi.

87 Sed me recreat, ac reficit AA. PP. doctrina, qua ipsi *positivum* argu-

gumentum non quidem a cicatrice, sed a *partium abscissarum probatione* ducunt, cum, ipsa referente Animadversione §. 4. *in fin.* sapienter advertant = quod = *id restitutum dici nequit*, *quod non constat fuisse ablatum*. Atqui per omnes omnino testes constat ablatam fuisse *magnam* uberis partem; per tres autem oculatos æque constat in ablata parte contentam fuisse papillam; Constat ergo positivo argumento quod titulus præfert; propterea que singula negativa argumenta, quæ contra positivum nulla sunt, suapte natura corruunt. Hoc autem in loco cum verser, quis mihi jure succenseret, si tacitus præterirem quæ multa oratione de superstite cicatrice disserit doctissimus Censor? Ea enim omnia quanta esse possint positivam probationem destuere, vel extenuare non valent. Ne tamen optimæ Causæ desim, singula persequar,

88 Quæ tamen ea sunt? Eadem omnino ipsa, quæ alias abunde refellimus. Ex iis enim Sanatæ, ejusque Viri verbis = *Si vidde poscia la mattina quasi appianata la ferita* = *Si vide la parte appianata*: nec non ex aliis Medici de Nunzio auriti a Chirurgo; *lasciando solo un piccolo segno solito nelle piaghe*, *com'è cicatrice* . . . *la cicatrice era piccolissima a proporzione della piaga* = negativum objicitur argumentum, quod si magna pars exterior mammillæ cum ejus spongia, & papilla avulsa fuisset, Chirurgus non ea tantum phrasi usus esset *un piccolo segno solito nelle piaghe*, sed amplissimo encomio singulare portentum extollere debuisset = *Animad.* §. 22.

89 Non dicam egregium Censorem monuisse jam *Animad.* §. 3. & in *adnotat ad cit.* §. 22. ex ægroti Chirurgi verbali relatione extra judicium Medico facta nullum ad assequendam amputatæ partis qualitatem duci posse argumentum; non dicam objectum ipsum argumentum, cum negativum sit, contra positivum flocci valere; illud unum dicam ea Chirurgi verba = *lasciando solo un piccolo segno solito nelle piaghe*, *come è cicatrice* . . . . *La cicatrice era piccolissima a proporzione della piaga*, non certe significare quod major exterior mammillæ pars, & papilla non fuisset avulsa. Negant ne id? Non quidem. Imo expresse idem Chirurgus paulo ante retulerat, quod non obstantibus repetitis amputationibus *giammai vidde*, *che la piaga andava in meglio*, *ma sempre più profondava*, *e SERPEGGIAVA per la sostanza della mammella* . . . *per cui nell'ultimo taglio fu costretto a recidere UNA BUONA PORZIONE DELLA MAMMELLA*. Sum. pag. 8. §. 39. = Non video sane quanam arguendi ratione ex eo, quod ulcus, non modo *profondava*, sed etiam *serpeggiava per la sostanza della Mammella* colligi possit amputatam illam *buona porzione della Mammella* non fuisse = *propriamente quella*, *che era annerita col Capitello* ab iis oculatis Testibus descriptam, qui ex recitatis Chirurgi verbis falsitatis redarguuntur (*a*) alia autem ejusdem Chirurgi verba = quod *la cicatrice*

(*a*) Falsitatis immerito redarguit Animadversio in *Nota ad* §. 22. Nucerinos Testes, quia reticito cicatricis vocabulo, dant mammillam prorsus æqualem alteri non *patita*, *e perfettamente sana*. Si cicatricem reticent, eam non negant. Ergo falsi non sunt; quia aliud est reticere verum, aliud dicere falsum. A veritate vero longe abest eosdem Testes reticuisse cicatricem, quam præ cæteris memorat Donata Negri *Sum. pag.* 5. §. 22.: ibi = *per assicurarsi &c. se sotto quel piccolo segno di CICATRICE &c.* Asserere autem mam-

ce era **PICCOLISSIMA** *a proporzione della piaga*, non sibi certe volunt aliam fuisse amputatam carnem, quam *quella annerita col Capitello*; verum, si quid sapio, expresse significant magnum fuisse ulcus, quod magnam relinquere debuisset cicatricem si natura, non Deus fecisset opus; proptereaque amplissimum encomium praeseferunt, quod Animadversio a Chirurgo exoptabat, qui hanc circumstantiam satis extulit cum, memorata jam cicatrice, addidit = *CON PARTICOLARITA', che la cicatrice era PICCOLISSIMA A PROPORZIONE DELLA PIAGA* Summ. pag. 8. §. 43. Si autem tenuissima cicatrix ulceris magnitudini non respondebat, quonam pacto ex ea ulceris latitudinem metiris? Ex his unis, quae objicis Chirurgi verbis vide argumenti a cicatrice petiti inanitatem.

90 Ex ulceris autem profunditate, ad quam iterum Animadversio appellat §. 22. colligi omnino non posse gangraenae virus salvis externis integumentis ad imum dumtaxat, non vero transversim serpisse jam satis cumulate ostendimus *sup.* §. 78. *& seq.* tum quia nondum aperto abscessu jam gangraenae virus externa integumenta, lacteosque tubulos corroserat, quo factum, ut sponte foetidum pus cum lacte mixtum forinsecus manaret; tum etiam quia gangraenae virus ex ipso Chirurgi testimonio non modo *profondava*, sed etiam *SERPEGGIAVA per la sostanza della Mammella*; proptereaque necessum omnino erat, ut ipse juxta suae artis praecepta non modo in imas, sed in transversas etiam partes amputationes dirigeret, quemadmodum fecisse oculati Testes enarrant.

91 Ostendimus item *sup.* §. *cit.* 78. tantum abesse quod superstitis cicatricis locus *alla distanza di più di un pollice dal capezzolo, e propriamente nella parte laterale, e superiore* = Animad. §. 23. = eorumdem oculatorum Testium fidem elevet, qui ajunt amputatam vidisse *una porzione di carne &c. propriamente quella, ch'era annerita col Capitello* Sum. pag. 2. §. 2, & pag. 4. §. 14., ut potius ipse cicatricis locus maximam praefatis Testibus fidem conciliet.

92 Quamquam enim quis somniaret peritissimum publicumque Chirurgum gangraenosae partis amputationes contra artis praecepta instituere voluisse, proptereaque in trina sua operatione emortuam partem non ita semper a viva separasse, ut *UNIUS FERE DIGITI TRANSVERSI SPATIUM intercederet*; uti cum Hallero, Heistero, Muninkio faciendum monuimus sup. §. 75., neque amputationes direxisse TRANSVERSIM contra laudati Heisteri instituta quibuscumque Chirurgiae tyronibus nota, negare tamen nequibit gangraenae virus *unius*, *alteriusque hpræ spatio sic proserpere, ut nulla amplius medela supersit*; ceu prae ceteris docet Swietenus

E ad

mam *non patita, e perfettamente sana*, cicatricem non excludit, cum pus, sive humor ex cicatrice exudans, non autem arida cicatrix imperfectam cohaesionem indicet *ex praet. Resp. pag. 29. & seq. §. 58. per tot.* ad hanc unam excludendam imperfectionem spectasse iterum nobis objecta verba: *non ci osservai nessun vestigio di male*: satis ex contextu patefecimus *loc. cit.* ubi Anna Calzone *Sum. pag. 3. §. 9. Non ci osservai nessun vestigio di male, ma neppure il Medico, il quale secondo le regole la TASTEGGIO*, Et §. 12. *volle osservare, se in essa vi fosse MARCIA, o carne morta, e ritrovolla all'in tutto SALDATA, ed all'in tutto NELLO STATO NATURALE*. Idem repetit Donata Negri *Sum. pag. 5.* §. 20., & 22. ac Sanatae Levir *pag. 7.* §. 33: Quid vero si cicatricem vix, ac ne vix visibilem dixerim, ita ut nec ipsa Sanata (cui uni Animadversio fidit) eam adverterit? Inquit enim Sum: pag: 12: §: 62: *SENZA esservi rimasto segno DI CICATRICE*.

ad aphor. 430. *de gangræna* , qui ad aphor. 431. item addit = quod idem virus *cito pergit vicina depascere* . Quæ quum ita sint , quisnam affirmare umquam auserit ,non dicam per horas , sed per dies gangrænam ; quæ non solum *profondava* , sed *SERPEGGIAVA per la sostanza della Mammella* , ac lactiferas glandulas , ductusque lacteos corroserat , ita contra suetas leges suos coercuisse limites, ut mammam non afficeret *alla distanza di più di un pollice* ? Quisnam paradoxum excogitabit , quod gangrænæ virus ,quod cito vicina depascit hocce in eventu vicina quidem , quæ sibi subjecta erant, non quæ lateralia depavisset ? Facilius crederes aridam palearum struem a subjecto igne illæsam , quam delicatissimam , tenerrimam, & glandulosam uberis substantiam a serpente gangrænoso viru ,quod dura ipsa frangit ossa , non penitus cum papilla consumptam . Hæc profecto absurda , hæc paradoxa prius voranda , quam oculati Testes exagerationis redarguantur . Ipsa mehercule amputationis profunditas, quam Animadversio probare tantopere nititur , ipsa Inquam amputatam papillam probat . Nam *glandulæ revera , ductusque lactiferi in interiori mammæ gangræna vires suas exerere debuit , ibique glandulosum complexum non modo in latere sinistro , in quo ortum habuit , verum etiam in dextero omnino depascere* ; verba sunt Cl. Periti , qui S.C. jussu pro veritate scripsit in *Vot.* §.27. *in fin.* Erosis autem glandulis , lactiferisque tubulis , qui papillæ basim constituunt , papillam ipsam corrumpi , & cadere debere apud Chirurgos in comperto est = *sup.* §.79. = Quod vero necessario evenire debebat , quod revera factum oculati Testes affirmant, quis neget ? Quis ab iisdem discordes dixerit eos , qui oculati testantur amputatam vidisse *PIU' DELLA META' della zinna ; QUASI TUTTA la mammella* ? Imo vero ex hactenus objectis negativis argumentis illud unum concludendum restat plene probatum, quod Testes vidisse deponunt , recisam fuisse mammæ partem *propriamente quella , ch'era annerita col capitello* .

93 Hujusce sane furfuris est aliud argumentum , quo Animadversio utitur *in nota ad cit.* §.23. ut probet exagerasse Nucerinos Testes affirmantes,quod *restò la zinna bianca intera , ed al pari dell'altra non patita* , quia quum Peritus deponat remansisse cicatricem *appianata*, non integra restituta erat substantia . Id item dum Testium fidem extenuare videtur , perbelle vindicat . Si enim cicatrix haud concava supererat , sed *appianata*,consequens est ipsum cicatricis locum ita replevisse carnem externisque integumentis vestiisse , ut vere Testes dicere potuerint,quod = *restò la zinna intiera al pari dell'altra non patita* = . Idque tanto mirabilius accidit , quanto certius constat cicatricem illius ulceris , ex quo magna pars carnis gangræna emortuæ , sive in latum , sive in uberis profunditatem , uti ipsa Animadversio contendit §.20. maximam cavitatem relinquere debuisse , uti monuit Hyppocrates *de ulcer. cap.* 4. Et Swietenus *ad aphor.*217. = ibi = *Caveri non posse quominus Cicatrix profunda , & cava relinquatur , si nempe per causam vulnerantem , vel per validam suppurationem secutam , pinguedo destructa fuerit* .

94 Contrario in hac sanatione cicatricis pars erat APPIANATA : Ergo partes perfecte unitæ jam erant in eodem situ , quem prius obtinebant , neque Ipsa cicatrix ultra superficiem eminebat ; quod quidem cicatricem omnium perfectissimam exhibet , laudato Swieteno docen-

cente *loco cit.* = quod = *Pulchritudo cicatricis pendet &c. I. si curetur, ut partes unitæ sint in eodem situ, quem obtinebant ante vulnus inflictum. II. Si cicatrix NON EMINEAT ultra æquabilem cutis vicinæ superficiem. III. Si cicatrix NON SIT CAVA:* Hujusmodi vero cicatrix *appianata* quam objectos Testes haud excludere superius ostendimus, mammæ integritatem non certe minuit. Qui autem affectam partem non quidem *appianata*, sed convexam optasset, uti mammæ formam exigit, is nullam omnino cicatricem contra factum supponeret.

95 Neque dicas *Animad.* §.25. quod *longe minus subesset difficultas, si nulla prorsus cicatrix* apparuisset, cum plurimum interesset, ut relicta fuissent passæ amputationis vestigia, quia Ecclesia non aliis, quam humanis mediis in judicando uti potest. Bone Deus! Si Ecclesia ex cicatricis qualitate, tamquam humano medio ad judicandum, ulceris latitudinem ejusque præexistentiam argueret, quanam quæso, ratione eam definiret in eventu, qua nulla cicatrix superfuerit? In Causa B. Peregrini Latiosi, in qua id accidisse commemoravimus (a) non quidem ea definivit nullum præextitisse ulcus, quia nulla cicatrix superfuerat, quod ex allata regula fuisset consequens, verum ob hanc miram circumstantiam splendidius declaravit Miraculum, uti adverterat Cl. Angelus Papi in suo Voto pro veritate exarato (a) = ibi = *Si animadvertatur, quod exinde non remanserit ullum signum, seu aliquod vestigium prægressi morbi PRÆTER NATURAM OMNINO EST, MAJUSQUE ROBUR MIRACULO ADDIT &c. ET AUTHENTICAT MIRACULUM.*

96 Par antem ratio est inter nullam, ac cam cicatricem, quæ certo constat non respondisse ulceris latitudini; cum esset *piccolissima A PROPORZIONE DELLA PIAGA*. Quum enim id ex Chirurgo compertum habeamus, non aliud certe argumentum a cicatricis tenuitate, parvitateque ratio suppeditat, quam splendidius fuisse Miraculum; uti nobiscum una Physici, Doctoresque perpendunt, inter quos Pignattellus *Tom.*10. *Consult.*191. *num.* 4. ibi = *Relicta tantum MINIMA cicatrice ad MAJOREM MIRACULI EVIDENTIAM.*

97 Cæterum licet Ecclesia in nonnisi humanis mediis ad judicandum uti possit, hæc tamen media non a cicatricis argumento petit, sed ab utriusque Miraculi extremi probatione, ceu præ cæteris docet laudatus Pontifex *lib.*3. *cap.*5. *num.*11. = ibi = *Miraculum sufficienter esse probatum, si duo extrema probata sint per duos saltem idoneos Testes de visu Contestes.* In hac profecto facti specie magnam mammæ partem amputatam, quæ primum Miraculi extremum constituit, quotquot in Summario sunt Testes cumulate probant; amputatam quoque papillam item oculati Testes enucleate deponunt; Probatam denique ab omnibus subitam abscissarum partium reproductionem, mammæque integritatem nec ipsa inficiatur Animadversio. Habet ergo Ecclesia ad judicandum humana media, humanam scilicet probationem ex Testibus conflatam.

98 Ex his liquido patet, merito nos superioribus in vindiciis dixisse *pag.* 31. §.60. in critices regulas cum peccare, qui divinas operationes

 cum

(a) *Præter. Resp. pag.*31. §.61.   (a) *Pag. cit.*

cum naturæ viribus comparat, non secus ac quis in dubium revocare contenderet in Christi passi corpore, in quo a planta pedis usque ad verticem capitis non erat sanitas, non alia quam quinque vulnera extitisse, quia totidem, neque plura in ejus glorioso corpore superfuere vestigia. Verum ad hæc Animadversio §. 26. hocce exemplo nos abusos redarguit; propterea quod eas vulnerum cicatrices voluit Dominus in suo corpore retinere, quibus Thomam, aliosque de sua Resurrectione incredulos convinceret, ac roboraret in fide.

99 Abusus equidem ea comparatione viderer, si naturæ opus cum divino comparassem. Quisnam vero abusus in divino opere, cum divino opere comparando? Quod mirum in utroque occurrit, id totum uni ipsi Deo auctori tribuimus. Non enim quæstio in eo est, utrum de Miraculo constet. Nam sive interius, uti contendis, sive exterius magna mammæ pars fuerit amputata, illud certo patet non potuisse naturam in horas sanare ulcus, organicas partes reproducere, temporisque momento mammillam integram restituere. Congruentiæ autem rationes, quibus in Christi corpore quinque dumtaxat vulnerum vestigia superfuere, propositum non solvunt Argumentum; cum sive hoc, sive alio nomine id factum admiremur, eadem semper stet argumenti vis; enormiter eum errare, qui ex superstitum cicatricum loco, atque numero argumentaretur totidem, neque plura, Christi passo inflicta fuisse vulnera. In nostro item eventu congruentiæ rationes præsto sunt, quas S. hæc Congregatio in Causa B. Peregrini Latiosi ex nulla superstite cicatrice, ac ex *minima* tantum relicta, Pignatellus agnovit *loc. prox. cit.*, ut splendidius, & illustrius redderetur Prodigium. Mirabilem revera hanc circumstantiam in nostra item Causa cum Curæ Chirurgo *Summ. pag.* 8. §. 41. meritis laudibus extollit Cl. Physicus Asdrubali in elucubratissimo *Voto pro verit.* §. 23. & 25.

100 Frustra tandem iterato sermone objicit Animadversio §. 27., quod si detecto ubere juxta Chirurgum, non apparuit, nisi *un piccolo segno solito nelle piaghe*, quamvis *piccolissimo a proporzione della piaga*, nihil ipse extra naturæ ordinem animadvertit in cicatrice, nisi quod esset *piccolissima*, quæ proinde respondebat vulneri lanceola inflicto, & iteratis operationibus dilatato; secus non dixisset = *segno solito nelle piaghe*.

101 At nemo, non percipit duo, iis verbis commemorasse Chirurgum, superstitem inventam cicatricem, ac ejus miram parvitatem. Cicatrici quidem etiamsi parvæ certe convenit dictio illa *segno solito nelle piaghe*, quia absque cicatrice nullum sanatur ulcus. In illius autem parvitate mirabilem novit ipse circumstantiam extra naturæ ordinem operatam addens = CON PARTICOLARITA', *che la cicatrice sudetta era piccolissima* A PROPORZIONE DELLA PIAGA *Sum. pag.* 8. §. 41. = Quibus sane verbis etiamsi contendas cicatricem respondisse vulneri in prima visitatione lanceola inflicto, non tamen sequitur respondisse sanato ulceri, cum id Chirurgus aperte neget, inquiens esse *piccolissima a proporzione della piaga*; quod quidem in vulgari sermone nil aliud sonat, quam quod tumur, ulcus fuisse maximum, cicatricem *piccolissima*, quod a naturæ legibus omnino absonum est, ex cit. Swieteno in Boerhaav. *de vulnere in genere* §. 217. ubi = *Caveri non posse, quominus Cicatrix*

trix profunda, & cava relinquatur, si nempe per causam vulnerantem, vel per validam suppurationem secutam PINGUEDO DESTRUCTA FUERIT. = Nisi ergo verborum invertantur significationes, tantum abest, ut ex iis arguatur non magnam fuisse amputatam mammæ partem, quemadmodum oculati testantur, ut omnino oppositum comprobetur; præsertim cum idem Chirurgus paulò ante retulisset *Sum. pag. cit. pag.* 8. §. 39. quod præter antecedentes amputationes = *nell' ultimo taglio fu costretto a recidere UNA BUONA PORZIONE DELLA MAMMELLA.*

102 Hæc si miraculum spectes. Sed rigidum Censorem piget in miraculosa sanatione, miraque uberis reproductione, miraculosam item cicatricem agnoscere, eamque mavult juxta naturæ leges, reproductam. *Animad.* §. 22. *ad* 27. Præclarissima Causa me liberale in esse, moremque gerere jubet. Ad naturæ ergo leges eo fidentius orationem converto, quo clarius ex iis intelligo contrarium argumentum funditus everti, inanique laborare supposito. *Si major, inquit* §. 23. *in fin.*, *vel dimidia saltem mammillæ pars cum externis integumentis, in quorum medio papilla sita est, ferro obtruncata fuisset, si extemplo succrevisset caro cum integumentis, atque Papilla, ea etiam superfuisset orbicularis figuræ cicatrix, quæ partem prius ferro abscissam postea miraculo restitutam distingueret.*

103 Frustra id a natura exigis, quæ contrarium operatur. In orbicularibus siquidem amputationibus, vulneribusque haud orbicularem, ut autumas, cicatricem natura inducit, sed uno tantum in puncto, atque centro. Id vel imperiti in vegetabilibus discimus, in quibus obtruncati orbicularis rami corticem haud per peripheriam, sive amputationis ambitum, cicatricis instar, concavum, vel elevatum conspicimus, sed undique lævigatum, donec uno tantum in puncto parvum ostendat cicatricis signum. Eadem porro lege operari naturam in humano corpore, ipsisque in vulneribus, in quibus deperdita substantia fuit, Chirurgicæ Artis Magistri, ac Physiologici docent. Hos inter hujusce circumscriptæ Cicatricis causam rimatus Beniaminus Bell (*a*) eam a' rescissorum vasculorum extensione, sive ad cicatricis usque punctum elongatione repetit, ac opinatur = *ch' essa consista in un' allungamento, o estensione dei vasellini sanguigni, che sono stati divisi* = Et clarius docet Cl. Swietenus (*b*) quod = *Cicatricis nascentis signa hæc sunt: Margines vulneris, vel ulceris jam consolidandi incipiunt magis albi, & solidi fieri, sensimque hæc albedo CENTRUM VERSUS EX OMNI AMBITU PROTENDITUR,*

104 Si ergo vulneris, vel ulceris margines ex omni ambitu *centrum* versus natura protendit; *Si cicatrix locum indicat, in quo malum fuit* (Animad. §. 23.) Si hæc a Peritis designatur = *alla distanza più di un pollice dal Capezzolo, e propriamente dalla parte laterale, e superiore*; = (*loc. cit.*) consequens est ipsas naturæ leges ostendere ulceris centrum fuisse *alla distanza più di un pollice dal Capezzolo dalla parte superiore*, ubi cicatrix erat; proindeque papillam in ulceris ambitu contentam, necessario fuisse recisam.

En

(*a*) *Tratt. di Chirurg.* §. 2. *Riflessioni sulla germinazione di nuove parti nelle piaghe*

(*b*) *In Boerhaav. de vulnere in genere* §. 217. *in fin.*

105 En tandem per ipsas objectas naturæ leges compositam litem,ad quam Animadversio tendit. *Nemo* inquit, §. 22. *Nemo negabit argumentum illud positivum esse, quod a signo, sive cicatrice superstite desumitur*. Morem gerimus, neque negabimus. Sed hanc veniam damus, petimusque vicissim, ut nemo amplius deneget *Positivo* ipso nobis objecto argumento constare recisæ papillæ circumstantiam haud explicite commemoratam *ab Agathensibus Testibus* non fuisse *a Nucerinis* aut *fictam* aut *exageratam* (Animad. §. 28.) sed veram, propriis oculis visam, & naturæ legibus minime repugnantem; naturæ, inquam, quæ non orbicularem, sed in centro, punctoque coercitam cicatricem etiam in orbiculari sanando vulnere relinquit. Patet item præter rem iisdem Nucerinis Testibus censuram impingi Animad. §. *cit.* a Benedicto XIV. decerptam *lib.* 4. *par.* 16. *num.* 24. = *quod usu aliquando evenit, ut augeantur malæ quo mirabiliora restitutæ valetudinis beneficia reputentur*. Id suspicari Pontifici fas erat eo in eventu, quem *ibidem* refert, in quo Testes inverosimilia narrasse videbantur, asserentes homini Miraculo sanato dissectas fuisse jugulares venas, arteriasque Carotides, dum certo constabat illum per integram horam ante Invocationem ita vulneratum vixisse; contra vero ex Medicorum placitis, & observatis, tamdiu istiusmodi vulnere sauciatum vivere non potuisse. At in nostra facti specie papillæ amputationem ab ipsa superstite cicatrice juxta naturæ leges probatam, a tribus Testibus visam, atque testatam, a cæteris si non explicite memoratam, implicite tamen in expressa majoris mammæ partis amputatione suppositam, non modo verosimilem, sed naturæ, artisque præceptis, ipsiusque rei gestæ historiæ ab omnibus enarratæ consentaneam ostendimus.

106 Mitto verba facere de comparatione illa, quam Animadversio instituit *cit.* §. 28. inter nostros Testes, ac pios medii ævi Scriptores, qui Religionis incremento inservire arbitrabantur Acta Martyrum, & Sanctorum fasta componentes, vel adulterantes; cum Cl. Mabillonius *in cit. tract. de stud. Monast. p.* 1. *cap.* 13. ita scribat = *Si præcedentibus seculis noxiæ simplicitatis, nimiæque credulitatis vitium adscribitur, nostro hoc ævo nil fere ab iis, qui acriori se præditos ingenio jactitant, recipitur, quin prius ipsorummet censuræ plane subdatur*; cui adhæret Honoratus a S. Maria *in cit. reg. & usu Crit. Tom.* 1. *p.* 1. *dissert.* 2. *art.* 11. Illud tamen addam ideo pios medii ævi Scriptores ab aliquibus nimiæ credulitatis redargui, quia pronis auribus, bonaque fide eos excepisse criminentur, quæ vel vulgi rumor, vel incerta fama ferebat; de quibus Baronius *ad an.* 604. §. 38. & 46. quorum fidem vindicat idem Baronius, Fleury *Hist. Eccl.* 1. 35. Tiraboschi *Stor. della lett. ital. Tom.* 3. *lib.* 2. §. 3. Nostri vero Testes amputatam papillam non ab impuro vulgi fonte, vel ab auritis hominibus, sed a physica experientia, & a suismet oculis, quibus eos natura donavit accepisse jurati narrant. Qua de re comparatio locum non habet, in quo consistat.

DE

107 Mirum opinor, & ante hanc diem in hoc Foro pene inauditum doctissimum Fidei Promotorem, ac Sapientissimos Patres de sanatione inquirentes quod opponant non invenisse. Sed quisnam id admiretur, quisnam obstupescet? Mirari enim profecto desinet, qui luculentissimis testimoniis probatum leget fœminam vespere a Perito, cæterisque adstantibus deploratam, vix invocato Ligorio, paucis interjectis horis incolumen surrexisse; qui leget, gangrænæ virus repetitis ipsis amputationibus potius, ac uberis intima dire depascens, ad unum Ligorii nomen illico fugatum, ipsamque mammam, jam gangræna demortuam illico lacte repletam; *impossibile, & supra naturæ vires est, illico mammillas magná copia lactis impleri*: admirabundi exclamant *Rotæ AA. in Relat. Caus. S. Thomæ a Villanova apud Contelor, de Canoniz. SS. pag.* 695., qui denique leget, mammillam magna ex parte cum papilla abscissam, intercedente Ligorio destructis, amputatisque glandulis ad secernendum lac necessariis noviter reproductis, o ovaque restituta papilla physico in instanti integram se conspiciendam dedisse, & lac ubertim manasse. DOPO POCHE ORE *circa la mezza notte risvegliandomi mi trovai libera totalmente*; Sanata testatur Summ. pag. 13. §. 70. = *& ejus Vir* pag. 16. §. 85. = *Tra lo spazio* DI POCHE ORE *quante ne decorsero dall' applicazione della figura del Servo di Dio, che fù circa le ore 24. sino alla mezza notte, in cui la Paziente risvegliatasi si trovò del tutto libera da ogni dolore, quindi la mattina vedutasi del tutto libera*.

108 In tanta subitæ perfectæque sanationis luce certe non potuit candidissimus Censor, quin tacitus mirificum, ac manifestum divinum opus revereretur; nihilque reliquum suo muneri superesse adverteret, quam rursus objicere prætensam Testium anthiologiam, ex eo petitam quod Sanata dixerit = *Il Medico . . . al sentir da' vicini una tal novità . . . più non curò visitarmi*; cum alii Testes affirment, ipsis, & Medico de Oriando adstantibus, splenils e mamma amotis, eam primum fuisse inventam suæ integritati restitutam, licet certum sit, neminem præter virum adfuisse, dum summo mane in sanata mammilla prodigium apparuit = *Animad.* §. 29.

109 Verbo exceptioni occurro: Sciscitor equidem, an ad sanationis, ejusque instantaneitatis *substantiam*, hæc Testium anthiologia pertineat? Minime sane. Sive enim coram viro, sive coram cæteris etiam Testibus inventum primum fuerit uber suæ restitutum integritati, instantaneæ æque sanationis probationem habemus. Si primum; ejus Testes erunt Sanata, ejusque Vir; duos autem sufficere ad cujusque extremi probationem, jam superius innuimus ex Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.*5. *num.*11. Si alterum, tot, quot habemus Testes, necessariam exuberant probationem. Canonem autem esse non modo in comuni jure, sed in his item sanctissimis judiciis constitutum, ex S. Thoma testatur Benedictus XIV. *lib.*3. *cap.*7. *n.* 10; quod = *Discordia testimonii in aliquibus circumstantiis non pertinentibus ad substantiam facti &c. non præjudicat testimonio, quia homines non consueverant circa talia multum sollicitari*, *unde* FACILE A MEMORIA ELABUNTUR; *quinimo aliqua discordia in talibus* FACIT TESTIMONIUM CREDIBILIUS, *ut Chryso-*

stho-

sthomus dicit super Matthæum, quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicto eumdem sermonem proferre. Et ad rem Rota *Recent. dec.67. num.7. part.10.* = ibi = *Non est verisimile, quod præcisam adeo retinuerint non solum diei, sed etiam* IPSIUS HORÆ MEMORIAM.

110 Hæc ad Causæ necessitatem quum satis superque sint, reliqua, quæ in hanc rem addam *accademice* disseram.

111 Et sane cum Testium discordia in accidentalibus circumstantiis testimonium faciat credibilius sapienter a Jure sancitum habemus, quamcumque usurpandam esse verborum interpretationem, ipsamque supponendam actus duplicationem, ut inducatur concordia; ex juribus allatis *in præt. Resp. pag.* 27. §. 53. & 55. In hac facti specie liquido constat Magdalenam Mari, cui Sanata familiaritate, & obsequio conjunctissima erat; quæque invocationis fuerat auctor, post ei applicitam Dei Famuli imaginem ejusdem Sanatæ Socrum admonuisse, ut in sequenti mane adveniente Chirurgo eam acciret, quia certa spe tenebatur futurum, ut V. Ligorius ab ipsa invocatus Miraculum in crastinum a Deo obtinuisset *Summar. pag.* 2. §. 4., & *pag.* 4. §. 17. Constat item ex Testium verbis mox recitandis ipsam Magdalenam fuisse revera accitam cum insequenti mane Chirurgus advenit, eam ad Sanatæ domum aliis comitatam mulieribus advenisse, omnesque spectatum fuisse admissas cum Chirurgus remotis spleniis sanatum uber detexit. Itaque in memoratis superioribus vindiciis *pag.* 25. *ad* 29. concludendum merito ajebam, tanti faciendam esse hanc circumstantiam, ut si ad concilianda Testium dicta opus esset, supponendum quoque foret Sanatam, ejusque Virum postquam summo mane uber detexerant, iterum texisse omniaque composuisse, ne advenienti Magdalenæ Mari ejus vota atque jussa despexisse viderentur (*a*). Hac tamen juris benignitate nostram facti spe-

(*a*) Actus duplicationem ad concilianda testimonia a Jure sancitam aliquos ex PP. authumasse in his Causis, quæ sunt voluntariæ, locum habere non posse diligens Animadversor narrat *in Nota ad* §. 29. Atsi quia ess voluntarias esse contendat antequam Commissio signetur; hac tamen signata, *judiciales* fiunt, ceu cæteris missis docet Pignatellus *Tom.* 4. *Consult.*42.*num.* 61. quumque in judiciis contrahatur non secus ac in stipulationibus, quæ ab initio erant voluntatis, fiunt deinde necessitatis leg. 3. §. *Idem scribit ff. de pecul. Leg. sicut de obligat.*, & *ait*. Rota *coram Ansaldo decis.* 155. *num.* 16. *dec.* 223. *num.* 14., & *cor. Falconer. tit.* 24. *dec.* 1. *num.*4. Hinc nisi jus novum, sive decretum afferatur, ad juris communis tramitea finiendæ sunt *leg. Præcipimus cod. de appellat.* &c. Et Rot. *Miscell. dec.* 75. *num.*4.= ibi = *Quod Pontifex non expressit, relictum est sub dispositione Juris* &c., & quotidiana teste experientia omnes ita finiuntur. Quid mirum? Ipsi SS. Patres in componendis anthiologiis, quæ in sacris paginis occurrunt, hac regula utuntur. Præ cæteris illam magis ad rem nostram accomodatam commemoro sanctarum mulierum, quæ ad Christi sepulcrum adiere, juxta Matthæum 28. 1. *Vespere Sabathi*; juxta vero Marcum cap. 16 *orto jam Sole*. Ad quam conciliandam anthiologiam Hieronymus, Ambrosius, Nyssenus, *actus duplicationem* inducunt. Hieronymus quidem has mulieres sæpius ad sepulcrum exisse opinatur, vespere scilicet, & mane: S. Ambrosius putat alias fuisse mulieres, quæ vespere, alias quæ mane exierunt. Nyssenus censet easdem Mulieres quater adiisse sepulcrum: Tyrinus tandem supponit eas initio noctis profectas; vel juxta Urbis portam, vel suburbio pernoctasse, diluculo autem fuisse progressas; apud *Cornel. a Lapide in Matth. cap.* 28. 1. Nil ergo impedit quominus in nostro item eventu etiamsi aliqua, longe tamen minoris momenti anthiologia videretur, per duplicationem actus componatur, qua Sanata ejusque Vir visum summo mane jam sanatum uber spleniis iterum circumligaverint, ne advenienti Magdalenæ Mari sua jussa despexisse

speciem non indigere ostendimus ; quia licet Sanata , ejusque Vir aliorum præsentiæ non meminerint, dum detectum fuit uber , eam tamen non negant ; propterea que nulla concilianda occurrit inter Testes discordia .

112 Sed inquis clara sunt ea Sanatæ verba = *Il Medico al sentire dai vicini una tal novità, fuor di se stesso esclamò = questo è un miracolo : e più non curò visitarmi* = Summar. pag.10. §.50. = At quisnam ea non de simplici visitatione, sed de Chirurgica curatione dicta non intelligit, cum Sanata ipsa, ex cujus clarioribus verbis, si quæ obscura sint, explicantur, chirurgicas operationes *visitationis* vocabulo appellet ? *Summar. pag.* 11. §. 55. = ibi = *Avendo replicate le SUE VISITE proseguì il taglio &c.* Chirurgus quoque, licet post sanationem eam visitasse aperte narret, ei tamen numquam post hanc Chirurgicam opem tulisse fatetur. Summar. pag.8. in fin. = *Continuò in appresso* SENZA PIU' SOGGETTARSI A MEDICINA ALCUNA =

113 Secus enim inficiari certe non poteris Sanatæ fœminæ evenisse, quod de similibus accidentalibus circumstantiis cæteris quoque Testibus evenire consuevisse cum S. Thoma paulo ante advertit Benedictus XIV. facile scilicet ab ejus memoria fuisse elapsum , Chirurgum post quam audito prodigio exclamaverat : *questo è un vero Miracolo* = ad eam invisendam , ut pronum est , non accurrisse. Tot enim sunt testimonia , tot facti circumstantiæ , quæ rem ita gestam non modo suadent , sed ad eam pro certa habendam compellunt , nemini ut contrarium liceat opinari .

114 Audi primum Chirurgum ipsum suam visitationem Medico narrantem , ac Sanatam ita secum collocutam inducentem Summar. pag. 8. §. 40. = *Nella mattina seguente passando per la Casa di detta Maddalena di Nunzio , vi salì , e la Paziente gli disse : Signor D. Titta : Voi mi dicevate , che io ero morta , e questa mattina mi sento meglio , perche jeri sera verso le ore ventitre venne a ritrovarmi la Signora Maddalena Mari , e mi diede un' effigie di carta di Monsignor de Liguori , e mi applicò la detta Mari alla piaga la figura, e l' Abito , per cui questa notte ho riposato : Esso Chirurgo in ciò sentire , sfasciò la piaga , e vi trovò l' effigie , ed osservata detta Mammella la trovò &c.*

115 Itaque Chirurgus ad Sanatam advenit antequam splenia ab ubere remota fuissent : En profecto Miraculum, quod idem Chirurgus a vicinis audierat , non quidem inventæ jam integritatis uberis , sed cessati doloris , ac inductæ per noctem quietis , ceu ipsamet Sanata testatur Summar. pag. 11. §. 58. = ibi = *Svegliatami circa la mezza notte* M' INTESI LIBERA DAL DOLORE , E SPASIMO , *che*

F *ave-*

---

se viderentur. Cum vero crusta, sive squamma , corii naturam præseferret = *scoria negra come un cuojo* = *scoria negra , come uno sfoglio di serpe* Summar. pag. 2. §. 5. pag. 4. §. 18. pag. 6. §. 29. = facili negocio, etiam ablata , poterat suo loco restitui absque illa magica operatione , quam Animadversio per jocum effingit . A jure tandem abhorret, quod Animadversio concludit *in cit. Nota* admitti non posse actus duplicationem , quia Patronus ostendere intendit unum idemque fuisse actum, quo omnes sanatam mammam conspexere . Est enim Regula Juris *in 6. nu.* 20. quod = *Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur* ; ubi Foebæus de Reg. Jur. Tit. 3. ad cit. *reg.* §. 3 *Reus potest etiam pro se proponere plures defensiones inter se contrarias , quæ ad eumdem finem tendant , ut docet Glossa ad hanc Regul cum non proponantur , nisi conditionate , & DISJUNCTIVE .*

aveva sofferto, *il che stimai un* MIRACOLO, *e così pure* LO STIMO' LO STESSO MEDICO, *allorchè* AVENDO LA MATTINA CIO' INTESO, *disse*: Questo è stato un Miracolo, *e così pure se ne sparse immediatamente la voce*. Quod quidem mirifice congruit cum Chirurgi verbis a Sanata auditis,cum sibi obviam facto dixit = *Voi mi dicevate*, *che io era morta*, *e questa mattina* MI SENTO MEGLIO . . . . QUESTA NOTTE HO RIPOSATO = Idque repetit pag. 13. §. 71.

116 Audi Sanatæ Levirum summo mane ante Chirurgi adventum inFratriæ cubiculum ingressum, qui cessati quidem doloris Miraculum audivit, uberis autem restitutionem, nonnisi per Chirurgi visitationem agnovit. *Summar. pag.* 6. §. 27. = *La mattina essendomi portato nella stanza dell' inferma mia Cognata*, *mi disse mio Fratello suo Marito*, *che dopo avere placidamente riposato in quella notte*, *verso la metà della medesima svegliata chiamò suo Marito*, *che* NON SI SENTIVA PIU' DOLORE *alla parte offesa*, *che anzi si sentiva tutta sana nella tagliata mammella*. *Che perciò la mattina istessa essendosi* DAL SUCCENNATO CHIRURGO SFASCIATA LA PIAGA ALLA PRESENZA MIA, DI SUO MARITO *mio Fratello*, *di nostra Madre comune*, *e della predetta fu D. Maddalena Mari*, *Anna Calzone*, *e Donata Negri*, *viddimo con nostro stupore,che la predetta zinna era veramente sana del tutto,e colla carne*, *e col capitello cresciuta del medesimo colore*, *e fattezza dell' altra sana*, *E VIDDI IO*, *E TUTTI I PRECEDENTI caderne dalla zinna una scoria nera da sopra*, *come uno sfoglio di serpe* = Et pag. 7. §. 23. = *Nella mattina susseguente all' applicazione della figura &c. alla zinna malata di Maddalena mia Cognata*, *allorchè* QUELLA SI SCOVRI' AVANTI DI ME, E DELLE CENNATE PERSONE, *ne viddi cadere quella scoria nera* = Et §. 35. = *Mi ricordo bene* DI PROPRIA SCIENZA, *che allo scoprirsi della zinna &c. ne* IO, *ne* ALTRE PERSONE PRESENTI *ci conoscemmo &c. anche se ne assicurò il predetto MEDICO*, *che* TUTTA LA TASTEGGIO'.

117 Audi Contestes oculares mulieres, quæ referunt Magdalenam Mari invocationis auctorem pridie sanationis admonuisse ægrotæ Socrum, ut insequenti mane, adveniente Medico eam acciret firma spe freta sese per invocatum Ligorium ejus sanationem obtenturam; referunt eam, revera fuisse accitam, ac secum ipsas quoque in Sanatæ domum convenisse; referunt tandem vidisse Chirurgum coram semetipsis splenia ab ubere removentem, ac mammam inventam fuisse sanam. Ita

Anna Calzone Summ. pag. 2. §. 5.= *La sera di detto giorno* (pridie sanationis) *prima d'andarsene la sudetta Donna Maddalena* (Mari) *prevenne la Suocera dell' Inferma per nome Brigida &c.*, *che nella seguente mattina allorchè si scovriva la piaga l'avesse avvisata*, *perchè voleva intervenirci nella fiducia della grazia ricevuta*. *Infatti* ESSENDOSI PORTATO IL MEDICO *in Casa dell' Inferma a visitarla*, *ed* ESSENDO STATA AVVISATA &c. CI PORTAMMO ANCHE NOI COLA', *ed essendo* DAL MEDICO SFASCIATA, E SCOVERTA LA ZINNA *osservai* . . . *allo scovrirsi essendone cascata una scoria nera &c. restò la Zinna bianca*, *intera*, *ed al pari dell' altra non patita*, *e perfettamente sana &c.* rico-

riconobbe non meno detta D. Maddalena Mari, che l' INFERMA, E BEN' ANCHE IL MEDICO *che tale guarigione era miracolosa* = Et pag. 3. §. 9. = *Allorchè quella dal Medico fù discoverta e cascò la scoria nera, che la vestiva, non ci osservai veruna vestigia di male, ma neppure* IL MEDICO, *il quale secondo le regole dell' Arte LA TASTEGGIO'*. Et §. 12. *Il Professore &c. Orlando &c.* DOPO SFASCIATA *la zinna della medesima* VOLLE OSSERVARE &c.

Donata Negri Sum. pag. 4. §. 17. = *Prevenne la fù Donna Maddalena Mari la Suocera dell' Inferma chiamata Brigida, che la mattina seguente* RITORNANDO IL MEDICO A VISITARLA L'AVESSE CHIAMATA, COME *in fatti* AVENDOLA ESSA FATTO *immantinenti* MI PORTAI ANCH' IO *con Anna Calzone, e predetta fù Signora D. Maddalena Mari piene tutte tre di fiducia* . . . ALLO SFASCIAR DELLA PIAGA, CHE FECE IL MEDICO, VIDDIMO TUTTE *con nostro stupore &c. vedendosi da Noi, e* DAL MEDICO PRESENTE *cadere da sopra la parte affetta una scoria negra come un cuojo, onde da sotto apparve la sudetta carne bianca, e vegeta col Capitello cresciuto &c.* = Et pag. 5. §. 20. = *Allo scovrirsi della maluta Zinna &c. viddi caderne la scoria, e da sotto apparirne la carne nello stato naturale, onde* ATTONITO IL MEDICO *per la novità del Miracolo*, SE NE VOLLE PIU' ACCERTARE *non solo con i proprj occhj, ma ben' anche* CON TOCCARE LA PARTE, *ossia Zinna*, E LA RITROVO' *perfettamente sana nel suo intiero, e naturale stato, senza NE vederci IO, NE' IL detto MEDICO lesione alcuna*. Ac tandem §. 22. = *Mi ricordo bene, che il detto* MEDICO . . . *la volle tastare perfettamente*, e con *suo stupore* LA TROVO' &c.

Sanata vero, ejusque Vir licet uber detexisse narrent, aliorumque tamen Testium, & Chirurgi præsentiam aperte non negant.

118 Rogo nunc, obtestorque Sapientissimorum Judicum fidem, ut decernant, an nudum, ac simplex de ea re silentium, falsas, vel saltem suspectas reddere aliquo modo valeat *quatuor oculatorum Testium de facto proprio deponentium* attestationes tot, tantisque adminiculis, & circumstantiis distinctas? Profecto etiamsi ipsi non siluissent dumtaxat, verum etiam aliorum præsentiam omnino negassent; tamen contraria quatuor oculatorum testimonia eos deceptos & accidentalis illius circumstantiæ oblitos probarent, proptereaque aliorum Testium dicta ipsorum dictis prævalere deberent; ex *notissimis Juribus*, ac sententia Benedicti XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. *in fin.* = ibi = *Consultores Sacræ Congregationis si cognoverint testem fuisse deceptum, & ejus dicto tot aliorum Testium dicta prævalere debere, nihil impedit, quin* HIS DEFERANT, NON AUTEM ILLI; multo vero potiori jure id obtinet in hac facti specie, in qua uti dicebam, objecti Testes aliorum præsentiam non quidem denegant, sed tantummodo reticent, quo fit, ut ab iis non discordent juxta tritissimam regulam a laudato Pontifice ex jure traditam *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 10., & 11., ubi = *Nullo modo Testes dicuntur contrarii, si unus referat aliquid, quod alius non refert*.

119 Quamquam vero doctissimus Censor accidentalem hanc anthiologiam facile componi posse fateatur, *Animadvers.* §. 30. Causæ tamen haud prodesse autumat, quia dici non potest mirabili-

 ter

liter restitutum, quod non probatur ablatum. Sed quoniam superiori nostra oratione (ad quam, ne eadem pariter ipsi, ut Juvenalis inquit *cantemus versibus iisdem*, præstantissimos PP. delegamus) omnis animadvertendi ratio sublata est, cum sublatæ *magnæ* mammillæ *partis* plena sit omnium Testium vox; de *sublata* item *papilla* tribus oculatis Testibus constet; necessario proinde constat in subita obtenta mammæ integritate id omne ad unum Ligorii nomen fuisse restitutum, quod fuerat ablatum; nullaque opus esse Tituli reformatione.

DE ULCERIS GANGRÆNOSI SANATIONE.

120 Absoluta concertatione de rescissis reproductisque partibus Mammæ, iterum nos Animadversio provocat, ut Miraculum a gangrænoso ulcere inscribamus. Tanti prodigii splendori detrahere aliquid visi fuerimus, si Miraculum vel ab uno gangrænoso ulcere, vel a reproductis dumtaxat amputatis partibus inscripserimus. Utrumque Deus præstitit, utrumque oportet Miraculi epigraphem exhibere. Quamquam vero doctissimi Patres sapienter decreverint necessum non esse ut Peritus eligeretur, qui S. C. jussu sententiam suam aperiret super restitutione mammillæ magna ex parte pridie cum papilla abscissæ, quia *prodigium ab hujusmodi subjecto petendum dependet omnino a probatione facti, non a judicio Medici*, Animadversio *cit.* §. 31. *in fin.* religiosissimus tamen Causæ Postulator, non modo necessitati, verum etiam splendori tanti Prodigii consulens apud Sac. Congregationem egit, ut suum *Peritum* de Sententia rogaret.

121 Quantum revera splendoris, quantumque ponderis huic Prodigio accesserit ex gravissima sententia, quam celebratissimus Vir *Franciscus Asdrubali* de eo jussu S. Congregationis tulit, nemo est qui non videat, planeque intelligat.

122 Coctam vero jam crambrem, ut iterum recoquamus a nobis expetit Animadversio *cit.* §. 31. dum a nobis probandum exoptat tum lacteum abscessum infra triduum in gangrænam abiisse, eamque vel insanabilem, vel curatu difficilem; *tum* vulnus a postrema Chirurgi visitatione ad matutinas horas sequentis diei non potuisse consolidari.

123 Ad primum quod attinet; Omnes mammarum tumores si infra triduum non resolvantur, statim in abscessus abeunt, ceu docet Astruc. *de Morb. Mul. lib.* 4. *cap.*2. *de intumescentia mammarum* = ibi = *Morbus brevis est*, *& plerumque A SECUNDO, VEL TERTIO DIE per resolutionem abit. Raro enim quartum, vel quintum transibit diem*; *ultra hunc limitem facile in suppurationem venit*, *& abscessus*, *seu apostema gignitur*. Porro inter humores humani corporis, qui calore stagnantes putrescunt, celerius omnibus putrescit lac; ita ut observet Swietenus ad §. 80., quod ob unam febrim, *quæ lactantem prœhendit mulierem*, *intra paucas horas lac fiet tenue subflavescens*, *salsum odoris suburinosi* =. Quid vero, nisi per quam putridum evadet, si per triduum in inflammato dolentique abscessu stagnaverit?

Quo

124 Quo autem celerius lac in inflammato abscessu fit acre, eo celerius acrimonia gangrænam gignit. Quamobrem Heisterus postquam puerperas aliquot post partum diebus, ob lactis copiam obstructis vasis, tum lactiferis, tum sanguiferis mammarum intumescentiæ abscessibusque noxias retulerat, *Instit. Chir. Tom. 1. pag. 1. lib. 4. de mam. tumor.*, *in seq. cap.14. de gangræna num.3.* scribit quod: *ad præcipuas gangrænæ, sphacelique causas attinet &c. referimus inflammationes omnes sponte ortas*; cui consonat Swietenus *in Boer. §. 64. Tom.1. pag. 83. in fin.*, qui item postquam docuerat lac in receptaculis galactophoris mammarum stagnans acidum fieri, §. 423. inter gangrænæ causas enumerat *pus in abscessu*; ac tandem §. 423. docet, quod = *Humorum acrimonia merito recensebatur inter causas, quæ inflammationem in gangrænam tendere faciunt. Præcipue talis acrimonia in liquidis nostris natæ causæ sunt sequentes: Stagnatio &c.*

125 Inflammatio vero, quæ abitura est in gangrænam, nec moras patitur, nec dierum expectat inducias; sed ejus symptomata perquam velocissime progrediuntur juxta laudatum Swietenum §. 431. *n. 2.* = ibi = *Ubi eadem* (inflammatio) *in suppurationem tendit, dolor, calor, rubor &c. VELOCIUS INCRESCUNT, OMNIUM VELOCISSIME SI IN GANGRÆNAM ABITURA SIT; atque ita in gangræna tanto majus discrimen, quo citius hæc proserperit.* Semel ac gangræna partes, præsertim molles, affecit, non dicam infra triduum, vel diem, sed infra horam, nisi penitus ferro igneque extirpetur, dire progreditur; eodem docente Swieteno §.430. *de Gangræna* quod = *UNIUS, ALTERIUSVE HORÆ SPATIO aliquando sic proserpit malum, ut nulla amplius medela supersit* = Et §. 431. = *Nisi arte, vel natura, limes ponatur serpenti malo, CITO perget vicina depascere* =; Et Munnicks in prax. Chir. lib. 1. cap. 13. §. 23. = ibi = *Enim vero nisi CITISSIME adferatur auxilium in sphacelum BREVI degenerat; parsque affecta plane emoritur. Qua de causa NULLUS HIC CUNCTATIONI LOCUS, sed statim suppetiæ ferendæ.*

126 Nemo ergo miretur, si in hac morbi historia quotidie per triduum magis in mamma increbrescente dolore, ejusdemque mammæ eo aucta inflammatione, abscessusque mole, ut ipsam mammillam = *assai mostruosamente cresciuta, e dilatata, la Paziente non la poteva contenere tra la camigia, e giustacore, onde era costretta a portarla pendolone da fuori modestamente fasciata* = *Sum. pag.6. in fin. & seq.* nemo inquam miretur, si antequam ipse aperiretur abscessus jam ab ejus rimula *grondava qualche poco di latte misto con MARCIA PUZZOLENTISSIMA . . . con vedersi anche ANNEGRITA LA CARNE nel punto d'onde scaturiva quella poca materia mista col latte &c.* ait ipsa Sanata Summar. pag. 12. §. 65. quod quidem unum præsentem jam gangrænam portendebat; docente laudato Munnicks *de Tumor. lib.1. cap.13. §.15.* quod = *Cognoscitur Gangræna ex eo, quod pars affecta livescere, aut pallere, & color illius vere naturalis imminui incipiat, tamquam si proximum sui interitum persentisceret* = . Hinc merito Chirurgus retulit Summ. pag. 8. §. 37. = *Che ovendo Egli osservata la parte offetta* VI TROVO' TUTTI I VERI SEGNI DI UNA CANGRENA, *vale a dire, che* LA CUTE ERA DI COLOR NERO, *per*

cui

cui aperta la parte cogli istromenti proprj nè USCI' LA MARCIA *&c. nel decorso vidde, che la piaga aveva i veri caratteri di una gangrena, perchè* DEPASCEVA LA MAMMELLA, *era la parte* SENZA SENSAZIONE, *mandava una sanie di color negro, i* LEMBI *della piaga* ERANO DI COLOR NEGRO, *la* SANIE *era* PUZZOLENTE *&c.*

127 At quoniam vera morborum diagnosis, atque prognosis a symptomatibus pendet, uti præ cæteris ponderat Hoffmannus *Tom.* 1. *pag.* 162. §. 7. hinc qui gangrænæ existentiam, ejusque desperatam curationem magis magisque assequi cupiat præteritas superiorcs vindicias adeat *pag.* 35. *a* §. 74. *ad* 82. ubi indubia desperatæ gangrænæ symptomata a veteribus recentioribusque Scriptoribus petita cum Testium dictis, qua potui diligentia, contuli; quin impræsentiarum repetita oratione sapientissimorum Judicum tempora morer.

128 Progredior ad alterum, quod Animadversio quærit, an ulcus a postrema Chirurgi visitatione ad matutinas horas sanari potuerit? Id profecto jam nos ostendisse quisque facile intelligit, qui in præterita concertatione legit (*a*) gangrænæ virus, non obstantibus repetitis amputationibus, ipso ferro potius tam alte mammam pavisse, ut Chirurgus in postrema sua vespertina visitatione, cum cæteris Testibus adverterit subjectas partes gangræna nigritantes; quo spectaculo cum mortuas partes a vivis separare amplius non posset, misellæ ægrotæ libere pronunciavit, omnino moriendum.

129 Ex ipsa Sanata, quæ testatur *Summ. pag.* 11. §. 56., quod idem Chirurgus in postrema visitatione peracta = *la* SERA *dello stesso giorno, avendo trovata* LA PARTE PIU' MORTIFICATA, *protestò, che* NON VI ERA PIU' RIPARO, *e così senz'altra operazione* MI ABBANDONO' *&c.* = Et pag. 13. §. 69. *Ritornato lo stesso Professore la terza volta la sera, ed avendo trovata la piaga più esasperata, e la gangrena* PIU' INOLTRATA, *stimò di non procedere ad altri tagli, per timore, che potessi mancare sotto l'operazione, e così pure si astenne di venire ad applicarmi il fuoco, ma rivolto a me mi disse*, CH' ESSO NON AVEVA PIU' CHE FARE, CHE MI RACCOMANDASSI A DIO.

Ex Sanatæ Viro *Sum. pag.* 15. §. 80. ubi = *Avendo trovata* (Chirurgus) LA PARTE PIU' MORTIFICATA, NON VOLLE FARCI ALTRI TAGLI, *ne applicarvi fuoco per timore, come disse, che potesse la Paziente morire sotto l'operazione di ulterior taglio, o fuoco, sicchè* PROTESTO', CHE NON AVEVA ESSO PIU' CHE FARE, *e che si raccomandasse a Dio, ed ai Santi, ed avendo così fasciata la parte se ne andò, e* L'ABBANDONO' PERCHE' PIU' NON VALEVANO I MEZZI UMANI, *essendo il male incurabile.*

Ex Sanatæ Leviro *Sum. pag.* 6. §. 24. *& seq.* = *Viddi cogli occhi miei, che* LA PARTE OFFESA SOTTO IL TAGLIO *apparve* TUTTA ANNEGRITA, *e tale, e tanto, che il medesimo Orlando dopo quel taglio, con cui ne recise più della metà della detta zinna*, AL COMPARIRE DI QUELLA NEGREZZA, *disse, ch' era* DISPERATO ASSOLUTAMENTE IL CASO *della guarigione di detta mia Cognata, ancorchè venissero a medicarla tutti i Periti del*

(*a*) *Prat. Resp. pag.* 39. §. 81.

del mondo ; a tal' effetto perciò le ordinò tutti i Sagramenti &c., *e tonto più, che la Poziente mia Cognato gli disse, me presente, che più presto volevo morire, che ossoggettarsi all'oltro taglio inutile, perchè si vedeva disperoto di vito.*

Ex Chirurgo tandem, qui Medico retulit *Summ. pag.* 8. §. 39. quod : *nell'ultimo toglio fu costretto a recidere uno buona porzione della mammella, ed andandola a visitare NELLA VISITA del giorno VESPERTINA ritrovò, che DI NUOVO LA GANGRENA DEPASCEVA LA DETTA MAMMELLA, PER CUI LA LASCIO' SENZA CURARE CREDENDOLA NON CAPACE PIU' DI CURA, per cui gli ordinò li Sagramenti.*

130 Quid profecto enucleatius ex hisce testimoniis jam aliàs a nobis prolatis, constat, quam Chirurgum in postrema visitatione unam mammæ partem mortifera gangræna fœdatam, prorsusque mortuam reliquisse, quin eam valeret amplius a vivis partibus separare? Quonam, quæso, pacto gangræna a vespertina illa *visitotione* ad matutinas horas insequentis diei sanari poterat? Non dicam = *fra lo spazio DI POCHE ORE, quante ne decorsero dall'applicazione della figura del Servo di Dio, che fu circo le ore ventiquotsro sino olla mezza notte, in cui lo Paziente risvegliata si trovò del tutto libera* *Summ.pag.*16. §.85. & *pag.* 13. §. 70. = sed etiam in diem, etiamsi hoc morbi genus, vel unius diecula pateretur inducias? Neminem equidem fugere arbitror tam pestiferum esse gangrænæ virus, ut, nisi mortua caro a viva separetur, necessario moriendum sit. Chirurgicum axioma hoc est, ac ipsis quoque imperitis quotidiana experientia notissimum, quin Scriptorum sententiis probari oporteret. Instar tamen omnium retulisse sit satis Cl. Swietenum docentem §. 431. §. 5. quod = *nisi incipiens gangræno subito corrigatur, destructis solidis, extrovosatis, & corruptis fluidis, sic corrumpitur pars, ut NULLO MODO SANITAS RESTITUI POSSIT. Tunc NIHIL ALIUD SUPEREST, QUAM SEPARARE ILLUD MORTUUM A VICINIS PARTIBUS VIVIS QUAM CITISSIME.*

131 De Chirurgi testimonii defectu nihil dicendum superest. Nihil enim Animadversio præter nudam repetitam exceptionem §. 31. nobis objecit postquam in præteritis vindiciis (*a*) regulam retulimus a Benedicto XIV. traditam, Chirurgi testimonium necessarium non esse iis in morbis, *qui per se patent, & etiom a non Medicis, otque Chirurgis cognosci possunt*; ac hujusmodi esse gangrænam probavimus, quia ejus symptomata, sive signa ex Swieteui sententia superius etiam allata sup. §. 5. unis tantum *sensibus percipi possunt.* Quamquam vero in hac morbi specie Chirurgi testimonio opus non sit; adest tamen ejus luculenta relatio Medico facta ipsiusque Medici judiciali, juratoque testimonio firmata; qui licet sit a Chirurgo auritus, quum tamen præter necessitatem eo in Causa utamur, auriti qualitas, quin obsit, juxta tritissimam juris regulam = *quæ abundant, non vitiant ,ff.de divers. Reg.Jur.* aliorum Testium fidem mirifice roborat.

132 Tandem aliquando ad ea omnia diximus, de quibus ornatissimus Censor uberrime, maximaque contentione disseruit. Habetis igitur PP.

(*a*) *Præter.Resp.pag.*34. §.70.

PP. AA. in uno *duplex* Miraculum: & subito restitutam magnam mammillæ partem cum papilla amputatam: & illico fugatam mortiferam gangrænam ferro ipso potiorem. Id nunc restat unum, ut pro sapientia vestra tam mirifico divino Operi comuni animorum consensione plaudatis.

MIRACULUM II.

Instantaneæ, perfectæque Sanationis P. FRANCISCI AB OCTAJANO *Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci, a Phthysi Pulmonali, confirmatoque Marasmo.*

133 Cogitanti mihi, ac sæpe numero ante oculos proponenti consumatissimi illius Phthysici imaginem, quem Sacer Antistes Ligorius potenti apud Deum ope e mortis faucibus eripuit, eam jamdiu descripsisse videtur Ovidius, dum famem ita pingere studuit: *Methamorph. lib.*8. *v.* 805.

: . . . Cava lumina, pallor in ore.
Labra incana situ: scabræ rubicine fauces:
Dura cutis, per quam spectari viscera possent;
Ossa sub incurvis extabant arida lumbis:
Ventris erat pro ventre locus. Pendere putares.
Pectus, & a spinæ tantumodo crate teneri.
Auxerat articulos macies . . . . .

134 Rimate, quæso, parumper Acta, Sapientissimi Judices, Causæ tabulas tantisper excutite, & vobis non jam homo occurret, sed aridum sceletum, ac pallidum mortis simulacrum. Occurret enim *un vero Cadavere*; *UNO SCHELTRO incadaverito, cui SI CONTAVANO LE OSSA UNO PER UNO SPORTE IN FUORI*; *Uno SCHELTRO VERO DI MORTE, in modo tale che dal petto, e dalle spalle gli comparivano SPORTE IN FUORA TUTTE LE OSSA* (a). De hujusmodi Cadavere ad vitam per Ligorium revocato dicturus actionem de more duas in partes dividam. In prima de Probationibus; in altera de Morbi gravitate disseram.

PARS PRIMA

De Probationibus.

135 Quum Miraculorum præstantia, ac magnitudine hæc Causa facile cæteras antecellet, mirum non est, si præstantiora P. Francisci morbi symptomata, ut pro sua doctrina Animadversor gravissima novit, ita pro munere opponat fuisse a Testibus exaggerata. Hujusmodi est illud, quod ægrotus per fere quadrimestre tantum quotidie sangui-

nis

(a) *Sum. pag.*21. §.27. *p.*27. §.77. *pag.* 45. §.212. *alibique*.

nis purisque evomuerit, ut quatuor librarum pondus æquaret, ac ita per integrum illud spatium purulenta sanguinea materies quatuor centum quadraginta librarum pondus superasset. Quo posito, solertissima Animadversio arguit, quod si homo non vivit viginti quinque librarum sanguinis per nares jacturam passus; Sanguisque in humano corpore sit pondo librarum viginti quinque, & in aliquibus ultra triginta, concludendum superest brevi spatio plus sanguinis fuisse deperditum, quam qui ad vitam tuendam est necessarius; Consultoresque propterea adduci nequisse, ut crederent potuisse hominem ad quatuor fere menses vitam protrahere (a) nisi sanguis de die in diem eadem in quantitate fuisset reproductus, quæ satis esset ad reparandam jacturam, quod cum nemo sibi facile suadeat, Testium patet exagera tio *Animad.* §§. 32. & 33.

136 Hactenus Animadversio. Nobis tamen fas sit oppositum ducere calculum, ac ita cum Physiologicis ratiocinari. Quinque tantum Sanguinis libræ necessariæ sunt ad tuendam contractionem musculorum ipsius sanguinis, ut idem in naturalem circuitum agi possit, a quo vita hominis pendet; reliquæ vero libræ, quæ per corpus humanum fluunt, generali inserviunt cæterorum musculorum contractioni ad agendum, exercendumque corpus necessariæ, in cujus exercitio per perspirationem absumitur sanguis. Ægrotus autem cum nihil, vel certe minus, quam sanus, corpus exerceat, minusque proinde, vel nihil perspiret, majori sanguinis quantitate, quam sanus abundat, quia minorem quantitatem in perspiratione deperdit. Quamobrem si præfatus quinque sanguinis libras ad vivendum necessarias servet, non modo per Menses, sed per Annos vivere valer, licet quotidie, non dicam quatuor, sed octo, decem, pluresque libras amittat. Hanc physicam doctrinam præ cæteris dilucide exponit Cl. Bellinius *Oper. Tom. 2. de sanguinis missione prop. 50. init.* ubi = de Ægrotante scribit = *Erit corpus ejus instructum suis viginti libris sanguinis; & cum contractione generali careat, in qua exercenda plurimum sanguis absumitur, intra idem illius corpus detinebitur, & conservabitur multo major pars sanguinis, quam conservaretur, si musculos contraheret, hoc est operaretur, seu, quod idem est, consumet ille æger, & perspirabit minus; Unde &c. quum ad conservationem illius contractionis musculorum sanguinis NECESSARIÆ SINT LIBRÆ QUINQUE sanguinis, supererunt ex viginti libris considerandæ libræ quindecim; & cum ex libris quindecim corpus per morbum contractione generali destitutum vix quidquam absumet; considerandæ SUPERERUNT LIBRÆ quotcumque volueris, pone DUODECIM, pone DECEM, pone OCTO, pone etiam QUATUOR, quæ equidem EDUCI E CORPORE POTERUNT, salvis illis quinque libris, quas necessarias supponimus contractioni musculorum sanguinis, ad hoc ut idem sanguis in suum circuitum naturalem agi possit.*

137 Hinc patet vivere quidem non posse hominem, uti Animadversio refert, viginti quinque librarum sanguinis per nares jacturam passum,

(a) In superiori Causæ actione dolebat Animadversio *pag. 13. & seq. §. 33.* cruentati puris excretionem durasse dumtaxat per *quadrimestre*, quia *talis morbus multa etiam longius AD PLURES MENSES quandoque protrabitur*; nunc immutata sententia, per quadrimestre durare potuisse haud sibi suadet, opponitque Testes exagerasse.

sum, quia in ejusmodi continua hæmorrogia una simul, ac semel, totum amittit sanguinem, non modo generali musculorum contractioni; sed etiam ipsius sanguinis circulo hominisque vitæ necessarium. Patet ex opposito nostrum Ægrotum per quatuor, & ultra menses vivere ultro potuisse, etiamsi quotidie quatuor sanguinis libras amisisset, quia ex viginti quinque saltem libris, quas ejus in corpore supponis, præter libras quinque ad vitam necessarias, viginti aliæ supererant, e quibus quatuor tantum ejectis, aliæ item sexdecim quotidie restabant ad vivendum non necessariæ. Summa enim quatuor centum quadraginta librarum sanguinis per integrum quadrimestre ab Ægroto ejecti, quam Animadversio ex singulis quotidianis ejectionibus simul collectis ad calculum ducit, ea laborat suppositione, quod homo licet Ægrotus, nihil unquam novi sanguinis per quatuor menses quotidie reproduxerit; cum tamen apud omnes Physicos constet, quod quotidie *fit sanguis VIGINTI QUATUOR HORARUM SPATIO; ut docuerunt Lovveri, & Valei observata*; verba sunt Swietenii *ad Aphor. Boerrhav.* §.97.

138 Ita profecto se res haberet, si ageretur de sanguinis hæmorrogia, vomitu, fluxu, quibus in morbis purus, purusque sanguis vivus educitur; At in hac morbi historia non purum sanguinem ad libras quatuor, sed subcruentam saniem Ægrotum ejicere consuevisse, vel ipsa Animadversio fatetur *in not. ad cit.* §. 32. *marcia sanguigna, che spurgava ogni giorno al solito peso di libre quattro* = Pus vero non tam ex sanguine, quam ex humoribus gignitur; docente Hyppocrate *de Morb. lib.* 1. *Charter. Tom.VII.* = quod = *A capite, & a reliquo corpore pituita ad tuberculum defluens putrescit, & pus gignitur, ac expuitur, quo corruptus* (æger) *perit. Perit autem ex ventris profluvio*, Ac Mortonus Physiolog. *Cap.3. de sign. diagnos. phthysis pulm.* docet = *Pulmonum parenchyma &c. humorum fluxui plusquam cæteræ corporis partes obnoxium videri &c. HUMORES IMBIBERE, & retinere solere . . . . pro genio lymphæ, seu inclusi HUMORIS &c. in apostema converti solet*. Ac Swietenus *ad Aphor.* 1205 *de Phthysi Pulm.* §. *Quando* = ibi = *Si major copia materiæ purulentæ exeat &c. noverunt Periti Chirurgici sinuosum ulcus esse, vel DEGENERES a sanitate HUMORES perpetuo ad ULCEROSUM LOCUM AFFLUERE*, & §. Alia cum Galeno advertit in pulmonali phthysi evenire, *ut exeant per hanc viam utiles HUMORES, totumque corpus quasi emungatur, & vero Merasmo exhausti pereant*; ac tandem §. 1206. = *Neque videtur sanguis ruber in pus mutari, sed potius tenuiores humores a sanguine secreti &c. simul tunc patuit SANOS HUMORES IN PUS MUTARI.*

139 Hac sane ratione neminem demiratum opinor in Causa, quam tuebamur V., nunc B. Bernardi ab Offida dicil vixisse hominem Marasmo affectum, licet ab ulcere in thorace quotidie amisisset per totum *quadrimestre* (scilicet a die 9. Junii ad totum Septembrem) libras quatuor puris tum in matutina, tum in vespertina curatione, sicque LIBRAS OCTO quotidie;(a) quisnam vero miretur nostrum Ægrotum per fere quadrimestre ejecisse puris libras tantummodo quatuor per diem? Quis, inquam, demiretur ejectiones puris cum sero, & phle-

(a) Posit. *sup. Mir. Summar. pag.*3. §. 16.*p.*11.§. 91. *p.*15. §.131.

& phlegmate mixti libras quatuor æquasse in pulmonali phthysi? Non multum enim hujusmodi puris opus est ad æquandam libram, quia phthysici pus grave est, & ponderosum, uti jamdiu notavit Hyppocrates *de morb. lib.2. n. 403.Charter.* ubi inter phthysis signa: *pus coenosum PONDEROSUM &c. aquæ injectum facile quasi ei commiscetur, fundumque petit*; & cum eo Sauvages Nosolog. Class.X.*Phthysis §. cognoscitur*, ac Swietenus *ad Aphor.* 1206.§. *Dixerat*; *& §. Sanguinis*, ubi cum Boerrhavio ingentem puris copiam non exageratam, sed magni ulceris signum esse docet = *Ubi*, sunt ejus verba, *semel in vulnere pus apparuit intra* 12. *horas pus renascitur, imo adhuc citius . . . si semel labes purulenta in hoc viscere nata fuerit, mirum non est AUGERI QUOTIDIE PURIS COPIAM, & vomicam clausam extendi magis magisque; vel si rupta fuerit QUOTIDIE REGENERARI PUS, quod per sputa excernitur*.

140 Id solerter Animadversio prænoverat, dum *cit.* §. 33. addit = *Dices infirmum nostrum non purum sanguinem evomisse, sed purulentis materiis admixtum: præterea ejectiones non per continuam horarum seriem, sed dietim per intervalla contigisse. Non intercedo. Difficultas tamen non cessat, tum quia ex Testium dictis colligimus sanguineas præcessisse purulentas excretiones, tum quia quotidianæ ejectiones semper fuerunt admixtæ* =.

141 Ita sane, quid tamen inde? Nonne revera illud, quod objectum quatuor librarum pondus non ex puro sanguine, sed ex purulentis materiis sanguini immixtis constabat? Nonnè propterea proposita cessat difficultas, quæ in eo tota est, quod æger puri sanguinis libras quatuor quotidie evomuerit? Major certe excretio sanguinis puri admixti, haud erat quotidiana, sed in periodica ad octo, & decem dies protracta vomicarum eruptione = *Questa apertura di vomiche succedeva ordinariamente ogni otto, o dieci giorni; in cui tempo lo spurgo del sangue, e della marcia era più copioso degli altri giorni*; inquit Medicus, aliique Testes penes *Animad. in Not. ad* §. 32. In singulis vero intermediis diebus ejectio erat = *di marcia sanguigna*, ut idem prosequitur *loc. cit.* Quamobrèm etiamsi vomicarum eruptionem vivi cruoris sputum præcesserit (quod in vera Phthysi *ulceris corrodentis signum* appellat Forestus *lib.16. observat. 54. schol. 2. num.* 10.), vel hebes tamen percipit ex hujusmodi sputis in singulis decem dies emissis conflari haud unquam posse *quatuor* illas cruoris *libras*, quas Ægrotum quotidie excreasse objicitur, quemadmodum etiam ad purpurandum pus e vivi hominis visceribus eruti non totidem cruoris libræ, sed vix aliquæ guttæ sufficiunt. Quæ sane rationum momenta omnem vel minimam exagerationis notam a Peritis, cæterisque Testibus procul amandant.

142 Multoque minus verendum est, ne Periti exagerate Ægroto dixerint, quod purulenta materies = *allagava la sostanza del polmone, onde addiveniva come un sacco di materia*, ob id dumtaxat, quod cum puris copiam: *non potendo la natura sgravarsi tutta una volta, la mandava fuori giorno per giorno*, ab eadem inundante pure æger suffocari debuisset *Animad.* §. 34.

143 Nam ex magnis vomicis phthysicorum pulmones puris saccum evadere consuevisse novum non est, neque inauditum, sed Medicorum observatis compertum. Ad rem enim scribit Willisius =

G 2 (*sect.1.*

(*sect. 1. cap. 6. §. Quando*) = *In pulmonibus multæ hic illic vesiculæ in UNUM quasi LACUM efformantur, intra quem materies tabifica COPIOSIUS AGGESTA ibi (siquidem haud tota statim ejicitur) putrescit, proindeque & pulmonis, cui insidet, substantiam corrumpit*, & Swietenus ad aphor. 836. num. 1. = *Vidit in Cadavere hoc morbo defuncti Cl. Boerrhavius unius lateris pulmonem in SACCUM PURE PLENUM conversum prodigiosæ magnitudinis*; & num. 3. = *Ubi autem abscessus pulmonalis maturus aperitur sic, ut &c. ob collecti puris copiam minorem, vel angustiorem aperturam SACCI illius PURULENTI, parum simul prodat &c.* Et ad Aphor. 1206. = *Perpetua tali suppuratione TOTUM HOC VISCUS consumi poterit &c. Unde observatum fuit in cadaveribus Phthysi defunctorum PULMONES, vel IN TOTUM, VEL MAXIMA PARTE CORRUPTOS fuisse.*

144 Suffocationis autem periculum tunc tantummodo metuendum est, cum magnus abscessus sic subito crescat, ut magna puris copia undatim asperam arteriam magno cum impetu replens, aer inspirandum impediat; ceu scite notavit Boerrhavius *ad Aphor. 836. num. 2.* ibi = *Suffocat subita eruptione puris vomica in asperam Arteriam se exonerante uno cum impetu.*; quem locum sic explicat laudatus Swietenus = *Sic enim magnus talis abscessus, subito sic crepet, ut non parca copia simul pus exeat tussi tunc educendum, sed uno cum impetu se undatim exoneret in asperam arteriam, illa sic implebitur, ut nulla via supersit aeri inspirando; unde subita mors.* At in nostra facti specie oppositum patet. Patet enim, quod, cum ex laudato Willisio *tabifica materies eo in lacu*, sive purulento sacculo *copiosius aggesta, haud tota statim ejiciatur* = *Non potendo la natura sgravarsi tutta una volta, la mandava fuori giorno per giorno*; cumque propterea puris copia in asperam arteriam veniret quidem, haud tamen tota simul, & undatim = *tutta una volta* = ita ut eam subito repleret, & ad respirandum aer imparem redderet; sed natura illam emitteret = *giorno per giorno* = ; nulla aderat suffocationis formido, quam nullam formidandam docuit laudatus Swietenus *ad Aphor. 1206. §. De periculo, quando cum quotidiani sputi purulenti excretio fiat.*

145 Si vero Ægrotus subitam suffocationem evasit, non evasit tamen animi deliquia. Alterutrum enim copiosi puris in pulmone congesti ejectionem sequi debere scribunt Swietenus *ad Aphor. 1205. §. Observaverat* = ibi = *Rupta vomica VEL subito pereunt suffocati, dum copiosum pus implet uno momento vasa aerea pulmonis; VEL si primum hoc discrimen evaserint, paulo post DEFICIUNT PROSTRATIS subito OMNIBUS VIRIBUS*. Et Bellinius *de morb. pect. verb. vomica* = ibi = *Si materies intra pulmonem collecta sit EXTENSA PER INSIGNE PULMONUM spatium, ita ut plurima vasa sanguinis comprimat, sanguis perfecte solvi non poterit, unde æger sensim ANIMA DEFICERE videbitur*. Ita sane sibi evenisse de facto proprio testatur Sanatus *Sum. pag. 18. §. 9.* = ibi = *Nè cessava lo spurgo continuo sanguigno, e marcioso, dopo del quale io mi sentivo CADUTO IN UNA DEBOLEZZA così GENERALE per lo spazio di quasi un quarto d'ora, che non poteva colla lingua esprimere i pensieri della mente, perchè pensava colla mente, ma colla lingua non poteva dire ciò, che voleva, nemi-*

pennneno dire : datemi un sorso d'acqua , *ma doveva con cenni indicare quel che voleva* ; Et consonant Periti , aliique Testes *Summ. pag.*25. §.61.*pag.* 32. §.114. *pag.*38.§.155.

146 Exagerationis larva a Testibus fugata , ad probationes vindicandas progredior . Religiosè enim Animadversio veretur §. 35. , ne Testes præter Sanatum, ac Medicum de Aquila, auriti sint in recensendis substantialibus morbi symptomatibus. Tacitus hanc exceptionem præterire ultro possem . Si enim habes duos Testes contestes de visu , Sanatum scilicet , ac Medicum Aquila frustra alios requiris . Totidem enim , neque plures ad utriusque Miraculi extremi probationem sufficiunt ; ex superius allata Benedicti XIV. sententia *lib.*3. *cap.*5. *num.*10.

147 Quonam vero jure cæteri oculati Testes auriti dicendi sunt ? Multo quidem cannabe Animadversio utitur §. 36. , ut oculatum *Medicum Rainone* auritum probet , sed frustra . Evertas siquidem oportet ejus verborum significationem = *Visitandolo io di tempo in tempo* = ex actis *exadv. cit. Summ. pag.* 32. §. 103. , ut ex iis concludas hujusmodi visitationes ad paucas reduci . Nam dictio = *di tempo in tempo* = sive = *di quando in quando* = latine = *identidem* = licet aliquod intervallum inter unam,alteramque visitationem admittat , frequentiam tamen importat , ceu notat Torsellin. *de partic. lat. orat.* ibi = *Identidem est SÆPIUS per intervalla* = *di quando in quando* = *SPESSO* , *SPESSO* = ; & Faciolatus Lexic. lat. = *Identidem* = *SOVENTE* = *di quando in quando* ; *FREQUENTER* ; & *ut Valle lib.* 2. *inquit* , *cum quodam intervallo* = Nemo certe somniavit hactenus nonnisi eos oculatos esse Testes , qui quotidie Aegrotum inviserint , eosque auritos appellandos , qui frequenter , scilicet bis, terve per hebdomadam ad eum accesserint .

148 Præclarissimam hanc scientiæ causam a Medico Rainonio prolatam , quo Animadversio extenuet *cit.* §. 36. ter dumtaxat cum ab aegroto accitum fuisse scribit , scilicet die nona Maii , quo vomica primum eruput , deinde cum aeger eo suadente Neapolitanum iter arripuit , ac tandem postquam reversus in Patriam jam se in amitæ aedes contulerat , ubi ab eodem audivit Neapolitanorum Medicorum judicio de periculo, quod imminebat , *si per una suffocazione che arrecargli poteva l' apertura delle vomiche* , *come altresì perchè fatta la piaga* , *e non cicatrizzata, poteva portargli una confermata Tisi* , ac licet e vestigio addat = *come in fatti dopo alcuni Mesi così avvenne* , se tamen auritum fatetur de postremo statu , quo supremos phthyseos gradus ponendus est ; quia dixit = *negli ultimi giorni del suo male non fui presente* .

149 Ingeniose quidem , & industrie . Sed nulla est dicendi ars , quæ nudam simplicemque veritatem vel frangere , vel labefactare unquam possit . Sat est oculos in acta convertere , ut assequi quis valeat Medicum Rainonium non extraneum esse Peritum, forte bis , terve consultum , sed Medicum illi Coenobio addictum , cujus sodalis erat P. Franciscus ab Octajano . Inquit enim *Summ. pag.* 32. *init.* = *Essere io Medico estraordinario del sudetto Convento* = idque confirmat Medicus de Aquila = *Summ. pag.* 24. §.50. ibi = *Nel Convento di S. Gennaro &c. dove io allora ero Medico Ordinario DI UNITA coll' altro Medico estraordinario D. Carlo Rainone* , *come anche SEGUITO' A MEDICARE* . Quamobrem haud

haud primum ad curationem fuit accitus die nona Maii cum vomica erupuit, sed multo antea, cum scilicet aegrotus cœpit febribus laborare; Potuit propterea ab ejusmodi febribus, a quibus potissimum phthyseos origo repetenda est, medicam suam relationem exordiri *Summ. pag.* 31. *ante* §. 109. ibi = *Per quanto mi ricordo mi pare, che ai diciotto di Novembre dell'Anno* 1786. *il P. Francesco fu assalito do febri, e dolori reumatici, che si suscitouano interrottamente durantino il tempo di sette mesi senza potersene affotto liberore. Dette febri portouano seco principj rigoriferi, e nel fine di essi sudori nel petto.*

150 Fuit quidem accitus die nona Maii cum vomica erupuit; quia tunc accitus etiam fuit alter Medicus Ordinarius *Aquila*; ceu Sanatus ipse de facto proprio deponit = *Summ. pag.* 18. §. 4. = *Mandoi a chiomare il nostro Medico Ordinoria del Convento D. Vincenzo d' Aquila, e D. Corlo Roinone estraordinario, i quali esaminando l' ovvenuto, giudicarono &c.* Pronum scilicet fuit ut aeger novo inopinato, horrendoque copiosissimi puris eructionis spectaculo perterrefactus ambos eos Medicos de eventu admoneret, quia sibi jam erant a curatione. Secus enim vocasset Medicum *Aquila*, Verum quis, & *Roinonium* accivit, consequens est utriusque sui Coenobii Medici peritiæ valetudinem suam confisisse. Ac re sane vera clare distincteque testatur ejus Socius Medicus Aquila *cit. Summ. pag.* 24. §. 50. quod secum accitus D. CARLO RAINONE SEGUITO' A MEDICARE, quæ quidem verba, licet non prolata a Rainonio, quia tamen prolata a suo oculato Socio de re una cum ipso gesta, claram illius depositionem multo clariorem efficiunt ex notissimis Juribus apud Farinac. de *Test. quæst*, 67. §. 57. Id vero vel magis, quod ipsemet Sanatus aperte narrat curationem suam, non unum Medicum d' *Aquilo*, sed eumdem quoque *Rainonium* fuisse semper prosecutum; *Summ. pag.* 18. §. 4. = *Mandai o chiamare Don Vincenzo d' Aquila, e D. Corlo Rainone &c. i quali esaminando L' AVVENUTO GIUDICARONO, che detto sangue marciosa nascevo da rotture di vomiche &c. pag.* 19. §. 10. = *E' vero, CHE I MEDICI SOPRADETTI MI APPLICARONO i rimedj risolventi &c. mi REPLICARONO la cov·to di sangue, mi APPLICARONO i vessicanti, mi POSERO alla dieta lattea &c.* idque usque dum aeger Neapolim pergere statuit, quod quidem consilium ipse ei præbuit Medicus Rainone, ut ipse refert *Summ. pag.* 33. *init.* = *Nel vedersi ulteriorare il suo malore, si portò in Napoli per consultarne onche COL MIO PARERE.* Qui consilium præbet aegroto, non per Nuncium, sed os ad os eumdem alloquitur.

151 Paucis ab illinc diebus aegrotus Neapoli reversus, Palmæ oppidum contendit penes octogenariam Amitam moriturus. Tunc, ut alterum Medicum d'Aquila, ita etiam Rainonium de suo redditu commonefecit, ut in cæptam curationem prosequerentur; ceu ipse Sanatus ait *Summ. pag.* 19. §. 13. = *Verso li* 27. *di detto mese di Moggio me ne tornai da Nopoli per così morire in Casa di mia Zia &c. in fetti mi ritirai in detto Caso &c. Frattanto però CONTINUARONO I MEDICI Professori RAINONE, ed Aquilo L' INCOMINCIATA MIA CURA*; additque Rainonius = *Summar. pag.* 33. *init.* = *Si restituì di nuovo nel Quarziere di S. Gennaro, e pro-*

propriamente in Casa dell i quandam Isabella Giardano sua Zia, dove DI BEL NUOVO CHIAMATOMI mi disse, che in Napoli si era da Medici stabilito pericoloso il suo male, si per una suffocazione, che arrecar gli poteva l'apertura delle vomiche, come altresì, perchè fatta la piaga, e non cicatrizzata, poteva portargli una CONFIRMATA TISI, come IN FATTI DOPO ALCUNI MESI COSI' AVVENNE.

152 Quum vero Sanatus de facto proprio testetur, quod tam Medicus d'Aquila, quam Rainonius penes amitam suam *continuarono l'incominciata mia cura*, quonam jure non dicam affirmare, sed ne suspicari quidem vales eumdem Rainonium non oculatum, sed auritum dicere potuisse, malum confirmatæ phthysis omen a Neapolitanis Medicis prolatum non ita multo post eventum comprobasse: *in fatti dopo alcuni Mesi così avvenne?* Quamquam enim contendas haud quotidie tunc Ægrotum visitasse, negare tamen non poteris, id identidem peregisse: *VISITANDOLO da tempo in tempo*, ut ipse saucte affirmat *Summ. pag.* 32. §. 108.

Neque dicas addidisse = *negli ultimi giorni del sua male non fui presente*. Satis enim declarat quid iis diebus aeciderit, scilicet lateris pectorisque dolor *Summ. pag.* 33. §. 117. *exadv. cit. ibi = Avendo ben anche intesa dal sudetta P. Francesca, che negli ultimi giorni del suo male, tempo, in cui non fui presente, soffrì dolori acerbissimi sul collo, sul petto, sul fianco destro*. Audivit etiam ab altero Medico = *ch' erano sopraggiunti al sopradetta P. Francesco profusi sudori &c.* Summ. pag. 32. §. 108.

153 Quibus sape verbis aperte declarat juxta Animadversionis Vota §. 37. quid auritus, quidque oculatus deposuerit. Auritum enim se profitetur de lateris, pectorisque doloribus, deque sudore. Ergo reliqua oculatus deposuit; secus enim non tam enucleate excepisset duo illa symptomata, quæ sibi de audita innotuerunt; juxta vulgatissimam regulam, quod *exceptio unius, est inclusio alterius*. Peritus autem, qui se declaravit *Medica estraordinaria del Convento*; qui retulerat toties sese ab Ægroto accitum, quoties alterum Medicum Ordinarium; qui demum sæpe sæpius sese ad Ægrotum accessisse dixerat, *visitandolo ia di tempo in tempo*; haud certe necesse habebat ad unum alterumque verbulum, ad unum alterumque symptoma allatam jam *ocularis suæ scientiæ causam repetere Leg. 1. An si ff. de potest. de Leg. Si Fundi Trebatiani ff. de usufruct. legat.* Farinac. de Test. quæst. 70. cap. 2. num. 96. Ibi = *Quando Testis in sua depositione reddit rationem, tunc etiam interrogatus non tenetur eam amplius reddere, sufficit enim Testem semel locutum esse, semelque rationem reddidisse*. Et Pax Jordan. de re judiciar. lib. 14. tit. 18. num. 989. = *Ratio per Testem reddenda, sufficit quod implicite reddatur, licet non explicite: sufficitque propterea, quod ejus depositio habeat in se causam annexam, & implicitam*.

154 Nemo autem cum solertissima Animadversione opinetur non oculatum, sed auritum affirmare potuisse Rainonium in confirmatam phthysim Ægrotum incidisse, quia postremis diebus ad eum non accesserit. Quamquam enim ipse lateris, pectorisque dolorem, quod postremis iis diebus symptoma accessit, visu non noverit, noverat tamen cætera præcedentia symptomata, quæ confirmatæ phthyseos essentiam constituebant; perennem scilicet inter alternas vomica-

rum

rum eruptiones quotidianam, nec unquam interruptam pdris excretionem; continuam lentamque febrem; pharmacorum omnium contemptum, totius corporis contabescentiam, sive marasmum: crurum denique œdema imminentis mortis prænuncium. Quamobrem Peritus homo multo antea quam dolor accesserit confirmatum phthysicum Ægrotum conclamaverat Summ. pag. 31. §. 106. & seqq. ibi = *Cessando dette aperture (vomicarum) e restando pieno il polmone della sudetta materia continuò per lungo tempo a cacciare una marcia putrefatta a segno &c. portando seco lenta febre, e continua, una consunzione in tutto il suo corpo, PER CUI al riferire d' Ippocrate SI DICHIARO' DA ME ESSERE VERO TISICO. Giacchè quanti rimedj se li fossero presentati, furono sprezzati da sì considerevole malore. A tal' uopo adunque vedendosi comparire edema ai piedi si stabilì ultimo carattere, esser prossimo alla morte*. Et pag. 33. §. 116. = *Confermando quanto hò deposto &c. riguardante AL PASSAGGIO fatto della piaga IN UNA VERA TISI rilevasi dal disprezzo del male, che fece di ogni sorte di rimedio &c. portando seco per lo spazio di mesi sette continua, e lenta febre, espettorazione di sanguinosa, e puzzolente marcia, che con tosse continuata quantitativamente ogni giorno si cacciava, per cui si ridusse consumato, ed emaciato, onde GIUDICOSSI DA ME ESSERE VERO TISICO CONFERMATO*. Itaque patet confirmatæ Phthisis Symptomata oculatum Rainonium novisse; propterea que alterius Medici verba = *giudicai io, ed il mio Socio Rainone* = *Si argomentava questa da me, e dall' altro Medico D. Carlo Rainone, PERCHE' OSSERVAMMO = Giudicai io, ed il detto Comprofessore non solo DALL' OSSERVARE = Quando VIDDI IO, ED IL MIO SOCIO RAINONE &c.* penes *Animad.* §. 87. *in fin.* haud quidem de simplici allocutione, sed de oculari utriusque Medici inspectione intelligenda omnino sunt; nisi = *osservammo* = *osservare* = *viddi* = non ad oculos, sed ad loquelam pertinere contende.

155 Quamquam vero Animadversio concedat *cit.* §. 37. eumdem Rainonium, auditis sudoribus, ad Ægrotum non accessisse, *quia illo in statu inutilis erat ejus opera*; subdit tamen, nec accessisse cum ab Ordinario Medico audivit eum *essere megliorato per divino Miracolo*, licet a Medico relinquatur, qui sanus est, non autem, qui gravi lethali morbo aliquod experitur levamen.

156 Tota hujusce censuræ vis sita est in verbo *megliorato*: Quum autem clare ostenderim in superiori Causæ actione (a) verbum *megliorato* apud Rainonium patrio more idem sonasse ac: *sanato*, quin Animadversio habeat, quod contra excipiat; quumque ipsa Animadversione fatente a *Medico relinquatur qui sanus est*, ideo is ad eum invisendum non accessit, quia jam sanatum audivit. Et sane si vocabulum illud *megliorato* Rainonius audivit a Medico d'Aquila, ab hujusce ore discimus eo fuisse usum pro *instantanea, perfectaque Sanatione*, & ita fuisse a Rainonio intellectum. Audiatur idem Aquila *Summ. pag.* 24. §. 51. ibi = *La guarigione operata da Dio per intercessione, e meriti del Servo suo Alfonso Maria de Liguori nella Persona del P. Francesco da Ottajano fù da me, e dal mio Compa-*

gno

(a) *Prat. Resp. pag.* 108. §. 247. *ad plur. seqq.*

236 Enucleatius vero pro sua doctrina explicat Swietenus quando rejectum pus ulceris abstersionem, & quando ipsius ulceris præsentiam ostendat, ad *Aphor.* 1205. *de Phthysi Pulm.* §. *Quando*, ubi tunc abstersum dici ulcus docet cum = PARVA COPIA SPUTI *purulenti prodit per* PAUCOS DIES TANTUM, ET BREVI MINUUNTUR HÆC SPUTA, CESSANTQUE INTEGRE *postquam consolidatum est vulnus. Si vero* (ut in nostro eventu) *suppuratio hæc* DIU MANEAT, ET SPUTORUM COPIA AUGEATUR *potius* QUOTIDIE, *tunc non est signum levis suppurationis*, *quæ consolidando vulneri inservit*, *sed potius* DENOTAT ULCUS PULMONIS, QUOD MAGIS MAGISQUE PROSERPIT =. Et 1207. §. *Antea* ita prosequitur = *Postquam rupturæ tempore totum pus evacuatum est sensim*, *ac quotidie sputi purulenti copia minuetur*, *si res bene cedat* =. E contrario = *Si major copia materiæ purulentæ exeat*, *quam quæ respondet ulceris aperti magnitudini*, *noverunt Periti Chirurghi* SINUOSUM ULCUS *esse*, *vel* DEGENERES *a sanitate* HUMORES PERPETUO *ad ulcerosum locum* AFFLUERE. Ac tandem ad Aphor. 1206. *Cum ulcus tale Pulmonis non facile depurari*, *& consolidari possit*, QUOTIDIE NOVUM PUS COLLIGIT *&c. Verum perpetua tali suppuratione* TOTUM HOC VISCUS CONSUMI *poterit &c. Unde observatum fuit in Cadaveribus Phthysi defunctorum Pulmones vel in* TOTUM, VEL MAXIMA PARTE CONSUMPTOS *fuisse*.

237 Lucem vero in meridie, & nodum in scyrpo quærit, qui Marasmum in tabe, vel tabem in Marasmo quærit. Sunt enim synonima. Quid sit Marasmus enim Medicis exponit Benedictus XIV. *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 8. quando scilicet *calor febrilis &c. adeo intenditur*, *atque extenditur*, *ut partibus solidis adipalibus in primis liquatis* CORPUS UNIVERSUM EXTENUET EMACIATQUE, *& quando febris hectica eo devenit Marasmodes*, MARASMUS, SI-

 VE

VE TABES. Paulo ante innuimus acta exhibere UNO SCHELETRO INCADAVERITO, *e nel mio* PETTO, E SPALLE SI CONTAVANO LE OSSA UNO PER UNO *sporte in fuori*, ait Sanatus Summ. pag. 19. 14. UN VERO CADAVERO = *consunzione universale* = *Uno* SCHELETRO VERO DI MORTE = *Un* CADAVERO EMACIATO = *Volto macilente sparuto scarmo, si potevano in tutta la sua persona contare le ossa* = *Un cadavero &c.* MORTO DI MOMENTO IN MOMENTO = ; Contestantur Medici cæterique oculati Testes (*a*). Si tabes, si marasmus non est hic, qualis erit?

238 Si vero ex Medicorum schola causa finienda est; si omnes omnino salutaris artis Scriptores Marasmum, tabem, virium prostrationem, laterales dolores, dissenteriam, lentam febrem, cæteraque teterrima symptomata tamquam signa, & argumenta confirmatæ, desperatæque Phthysis ad *tertium* gradum perventæ, ac vicinæ mortis indicia, experientia duce decrevere, cudendi profecto essent novi medicinæ canones, si hæc, vel ad primum, vel ad secundum Phthyseos gradum trahere voluerimus. Præ cæteris sit Boerrhavius *ad Aphor.* 1206. ubi signa ulceris jam facti in Pulmone describit, ibi = *Effectus ULCERIS PULMONALIS JAM FACTI, sed tecti nomine Vomicæ hi fere observandi. PURIS ACRIMONIA, COPIA, PUTREDO, quotidie auctæ &c. TUSSIS FERE PERPETUA &c. Vomicæ propagatio in pulmone; Vomicæ hujus PERRUPTIO in laringis tubos, PURIS SUFFOCANS aliquando SECRETIO, vel QUOTIDIANA CUM TUSSI ingens &c. solidorum CONSUMPTIO fere integra; FEBRIS HECTICA; PEDUM manuumve INFLATIO, DEBILITAS summa; VOX RAUCA, DIARRHÆA fœtida.*

239 Id vero vel magis quod Testes ea symptomata, non in primo stadio, dum æger intermittentibus febribus angebatur, non in secundo dum Vomicæ vel oriebantur, vel intra suppurabant; sed in *tertio* Phthysis gradu, ac longe post primam vomicarum eruptionem evenisse narrent; scilicet mense Majo, & Julio anni 1787. cum jam æger lenta febri, ac quotidiana pessimi puris excretione, adeoque Pulmonis ulcere laborabat. Præ cæteris sit Sanatus de facto proprio *Summ. pag.* 19. *post* §. 13. *& seqq.* ibi = *Sino alla fine di Luglio dell' anno predetto* 1787. *seguitarono ostinatamente i maligni sintomi. CONTINUO' lo spurgo di libre quattro in circa DI MARCIA SANGUINOSA, E PUZZOLENTE OGNI GIORNO; la tosse violenta moi mi lasciò, ne la FEBRE CONTINUA, e perciò* (en extrema Marasmi epoca) *io caddi in una macie, e CONSUNZIONE UNIVERSALE, per cui i cennati Medici giudicarono, che la PIAGA FATTA NEL POLMONE ERA DEGENERATA IN ULCERE, e perciò mi assicurarono, ch'ero caduto in una vera TISI CONFERMATA. Poichè oltre la MACIE UNIVERSALE DEL CORPO, in cui mi vedevano caduto si confermarono in questo dall' osservare IL GRANDE ESPOSSAMENTO DI FORZE, che in ogni giorno vieppiù si AVANZAVA, dalla perdita del sonno . . . dalla continua inclinazione al vomito . . . dalla nausea, che avevo ancora per ogni cibo, anche deli-*

(*a*) *Summ. pag.* 21. §. 27. *pag.* 22. §. 37. *pag.* 27. §. 74. *pag.* 28. §. 83. *pag.* 31. §. 107. *pag.* 38. *in fin. & seq.*, *&* §. 161. *pag.* 41. §. 176., *& pag.* 45. §. 212.

delicato; dallo SPURGO COPIOSISSIMO DELLA MATERIA TROPPO CHIARA, BRUNA, VERDE, GIALLA, SANGUINOSA, E PUZZOLENTE, dagli ESCREMENTI LIQUIDI, e PUZZOLENTISSIMI, dalla FEBRE LENTA, E CONTINUA senza vedere più nuovi accessi, e recessi come prima; onde giudicarono, che l'evacuazione di detta marcia proveniva dalla PIAGA FATTA NELLA SOSTANZA PULMONALE, ma quando poi osservarono i predetti Professori un' EDEMA SPAVENTEVOLE NELLE MIE GAMBE, per cui si gonfiarono sino oltre il ginocchio, effetto necessario del principal male, che io pativo nella sostanza Pulmonale, allora vieppiù si confermarono della Tisi, in cui ero caduto, perciò giudicando egli essere insanabile il suo male, ne poter avere più ajuto alcuno dai medicamenti, li sospesero tutti come inutili.

240 Mense autem *Augusto* (cujus die 29. mira rerum mutatio evenit) eadem tetra symptomata acerbiora evasere; quemadmodum narrare pergit idem Senatus Sum. pag. 21. §. 27. ad 33. = *I Sintomi maligni non solo persistevano nel primo piede; ma anzi DIVENTAVANO PESSIMI. Seguitò l'espettorazione della marcia sanguigna, e puzzolente al solito peso di libre quattro, e più la TOSSE SOLITA non mi lasciava colla solita sua violenza, la febre lenta, e la perdita del sonno seguitavano a tormentarmi, a tal* CHE AVANZAVASI TUTTO GIORNO LA MACIE UNIVERSALE, *e lo spesso mento delle forze, mi ridussi, come* UNO SCHELTRO INCADAVERITO . . . *quindi non fui più nello stato di alzarmi da letto dopo la visita fatta al detto Sepolcro . . . ero addivenuto* UN VERO CADAVERE. *Si aggiunse a tutto questo* NEGLI ULTIMI GIORNI *di Agosto un' altro male, che si furono alcune* PIAGHE DELLA COLA *provenienti, come giudicavano i Medici da una acrimonia somma esistente negli umori del mio corpo . . . Mi si aggiunsero ancora* DOLORI FORTISSIMI *nel collo, e nel fianco destro, che si stendevana per la regione del petto . . . Quindi vedendo ciò i detti Professori, nè giudicando più naturalmente sanabile il mio male, e che caduto già in una tisi confermata, ed* IN UN VERO MARASMO, *che* MI DOVEVA IN BREVE PORTARE AL SEPOLCRO *mi ordinarono gli ultimi Sagramenti*. Idem contestantur curæ Medicus *Sum. pag.* 25. §. 57. *ad* 63. *pag.* 26. *a.* §. 66. *ad* 69. *pag.* 27. §. 75., & *seqq. pag.* 28. §. 79. *ad* 81.; nec non alter Medicus *Sum. pag.* 31. §. 105. *ad* 107. *pag.* 32. §. 108. & §. 112. *pag.* 33. §. *post* 115. 116. & *seq.* (*a*).

(*a*) Merito præterire scribit Animadversio *in Nota ad* §. 50. minus recte quem Marasmum excludere, quia *Sauvagesius* doceat illum *differre a tabe & Phthysi per febris absentiam*, quæ in nostro eventu constans semper fuit. Non modo enim id perperam asseritur ob aliorum Scriptorum auctoritatem, qui tuentur Marasmum induci *dum calor febrilis adeo extenditur, ut universum corpus extenuet*, quemadmodum doctus Censor advertit; verum quia ipse objectus *Sauvagesius* numquam scripsit dari Marasmum in Phthysi pulmonali cum *febris absentia*. Nam cum Phthysis in diversas species dividatur, quarum una dicitur *Atrophia*, quæ est consumptio universalis a toto habitu Corporis, non autem a Pulmonum defectu orta, & *sine aliqua febre* notatu digna; Altera vero nuncupatur *Phthysis Pulmonalis*, quæ est consumptio partium universalis a morbide affecto, ulceratoque Pulmone *cum febre hectica* primum inflammatoria, inde *lenta* ex Mortono *de differ. Phthysis lib.* 1. *Cap.* 1. „ hinc laudatus Sauvagesius *loco exadv. cit.* agens de *Atrophia*,

241 Geometrica demonstratione clarius quum pateat hanc Phthysim ad tertium gradum pervenisse, ne commemorare quidem fas est Pharmacorum inutilitatem ipso fatente Censore *Animad.* §.51. = *Equidem dabo nullum a medicaminum usu expectandum esse præsidium in ordine ad sanitatem si sordidum, omplum, immedicabile ulcus in Pulmonis substantia sit efformatum, si Phthysis, oliis emensis, ad tertium supremumque gradum certo pervenerit.* Id sane non ingenii vires acuentes, sed nuda Testium dicta afferentes satis abunde demonstravimus. Sed instas §. *cit.* quod agitur de morbo interno quod argui quidem, non tamen certo definiri potest ex quibusdam signis. Bone Deus! Nonne in Medico Judicio versamur? Nonnè medicinæ ars per externa signa, experientia duce, internos morbos definit? Salutarem hanc artem strenue tuetur Medicinæ Parens Hyppocrates *lib. de arte* apud Heister. *Introduct. ab Instit. Chirurg.* §. 52., ubi respondet = *Quæcumque oculorum conspectum effugiunt & ea mentis oculis obtinentur, & superantur.* Et Fernelius, quem laudat Hoffmannus *Tom.* 3. *pag.* 415. §. 8. ibi = *Procul dubio, si sensu non cernimus, potest certa ratione, oc intelligentia comprehendi.* Idque potiori jure obtinet in Phthysi, cujus externa purulentæ excretionis, tussis, maciei signa vel plebejus videns, *hunc vera Phthysi laborare pronunciat*; ait Sennertus *Pract. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 12. Quonam vero pacto a pharmacis miram repetere sanationem vales, si ab iis, ob expertam *inutilitatem* fuit antea omnino cessatum? *Summ. pag.* 20. §. 21. *pag.* 26. §. 69. *pag.* 31. *in fin.*, & *pag.* 32. §. 111.

242 At urges *cit.* §. 51. id præsertim obtinere quoad *lactis usum ad sanationis usque diem continuatum, quom etsi irrideant Defensores, maximi tamen faciunt salutaris Artis Scriptores, & Clinici, ac præsertim Cl. Hoffmannus, qui de proficuo lactis usu in Phthysi late disserit &c.* In anteacta quidem Causæ actione merito lactis usum irrisimus, quia nobis objiciebatur Zacutus scribens muliebri lacte phthysicum persanasse, cum e contra in nostra facti specie a caprini lactis usu, licet inutili experto, ideo cessatum non fuit, ut vitam Æger in dies protraheret; ceu præ cæteris testatur curæ Medicus Summ. pag. 26. post §. 69., ibi = *Non stimammo più prescrivergli altri medicamenti, come inutili, e solamente gli dicessimo, che avesse continuato l' uso del latte piuttosto per mantenerlo per qualche altro gioruo in vita, che colla speranza di poterlo guorire.* Cui occinit alter Medicus *Summar. pag.* 32. §. 112. tunc ideo item lactis

usum

---

phia, non potuit, quin doceret tabem, sive Marasmum in *Atrophia* adesse *sine febre*, uti etiam alii docent.; cum vero agit de *Phthysi Pulmonali* anteced. *num.* 2. de qua nunc inquirimus, tantum abest, quod excludat febrem, quin potius ponat pro pathognomonicis symptomatibus *Maciem*, sive Marasmum, & *febrim* hecticam, eam ita definiens. *Est corporis emaciatio cum amphimerina LENTA, tussi &c. SYMPTOMATA ESSENTIALIA sunt: MACILENTIA ET HECTICA.* En Sauvagesium cæteris conformem.

Is item qui non distinguit Phthysim *humidam a sicca* facile decipitur *a brevi* morbi *duratione*, haud advertens Phthysim humidam sæpe esse *tertium* grudum Phthysis siccæ ex Swieteno *super* §. 213. „ Quis cum totius corporis Sanguis transire debeat per Pulmonem exulceratum *quamcitissime* per venas patentes in superficiem Sacci ulcerosi fit puris resorptio in Sanguine, ex qua *Marasmus* juxta cit. Swieten. *Prat. Resp. pag.* 83. §. 183. Unde Mortonus scribit, quod hæc Phthysis præceps intra *hebdomadum spatium* Ægrum tollit e vivis *cit. Resp.* §. 178.

usum irrisimus, quia ipse tunc objectus Zacutus Phthysim a Phthysi distinguens, testatur *tuberculorum* phthysi correptos *subito* consumptos, subitoque mortuos fuisse (*a*). Ideo tandem lactis usum irrisimus, quia etsi Phthysis *initio* proficuus esse soleat, in tertio autem stadio valde nocuum Medici affirmant, quippe lac in ventriculo, instar casei, coagulatum *Diarrhœam* excitat, *hepatis obstructiones* auget, ac *Hydropem* superinducere solet, quo *morbus originalis PLANE DEPLORATUS redditur*; ceu totidem docet verbis Cl. Mortonus *lib.1. de cur. Phthysis cap.9.* §. 3. Cui præ cæteris pene innumeris adstipulatur Tozzius, qui postrema nostri Ægri exitialia incommoda a lactis usu repetit = *Medic. tom.1. de Phthysi* §. *verum*, ibi = *Nonnulli temere lac exhibent cum pure pulmo est gravatus, ulcus sordidum, & sputum nedum purulentum, sed copiosum est, MAXIMO Ægrorum NOCUMENTO. Etenim* A LACTIS USU SORDESCIT MAGIS ULCUS, PULMO LAXATUR, ALVI SOLUTIO SUBORITUR, VEL VOMITUS, *& alia incommoda gravissima sequuntur, quæ longe majora erunt. Qui opem aliquam exinde experti sunt Phtysici*, E PULMONIS VITIO NON FUERANT, *sed simplici atrophia CORREPTI*.

243 Hoffmannus quidem nunc ab Animadversione laudatus *cit.* §. 51. de proficuo lactis usu in Phthysi late disserit; At non quod disserat, sed quid disserat inspiciendum. Nam quanto in Phthysi *incipiente* lac proficuum, tanto *nocuum* in Phthysi confirmata, & *humida* docet. Et sane *loco exadv. cit.* sese Mortono subscribens dividit lactis curam in curativam, & palliativam: Curativam scilicet in *Phthysi incipiente*; palliativam vero de qua *num.* 17. quando, ut ipse ait, Phthysicis *vitam licet valetudinariam protrahere adlaboramus*; ea scilicet mente, qua nostros Medicos P. Francisco lactis usum ad mortem usque permisisse ostendimus = *per mantenerlo per qualche altro giorno in vita* =. Improbata præterea illorum methodo, qui eadem medicamenta, ac potissimum lac antiphthysicum indistincte præscribunt, nullo habito individuorum, causarum, temporisque respectu, concludit, in Phthysi *humida* idem lac esse nocuum, scribens *loc. exadv. cit.* = quod: *Phthysis se tanta sæpe medenti medicamentum adhibendorum objicit contra indicatio, ut, nisi omnibus probe consideratis, facile possit errare, juvandoque NOCERE. Ita calor &c. desiderat diluentia, humida, ipsamque lactis potationem; quæ vero in* TUSSI HUMIDA AFFLUXUM HUMORUM, *quibus pectus obsitum est ADAUGENT*. Ea est causa bonitas, ut si quæ Scriptoris objicitur auctoritas, ea nobis apprime faveat. Quod ut antea de aliis, modo de Hoffmanno patet.

244 Igitur si lactis usus *in facto* non modo inutilem, sed nocuum acta probant, si objectus Hoffmannus eum in hac humida Phthysi humorum affluxum augere docet; Si denique Mortonus, Tozzius, cæterique Scriptores eo in statu, quo mense præsertim Julio, & Augusto Anni 1787. P. Franciscus versabatur, per lactis usum magis magisque Pulmonis ulcus sordescere, alvi solutionem induci, aliaque lethalia symptomata longe graviora effici existimant, nil reliquum eximio Censori restat, nisi ut nobiscum una sanationem non medicamentorum viribus, sed Miraculo adscribat, juxta Canonem a Bene-

(*a*) *Resp. pag. 90. per tot. & 91.*

nedicto XIV. traditum *lib.* 4. *part.* 1. *Cap.* 8. *num.* 8, ibi = *Statuendum erit sanationem esse* MIRACULO , *& non viribus medicomentorum adscribendam , si constet medicamenta adhibita* NON FUISSE APTA , *sed aut* NOCUA , *aut* INUTILIA .

245 Sed jam dato alterius viri mortis signo per campanam , Oppidani omnes P. Franciscum obiisse putaverant ; jam is a Medicis conclamatus depositusque , procul abjectis pharmacis , misere cum morte luctabat, jam ab iisdem Medicis se sacris extremis muniendi jussum exceperat; jam a sui Coenobii Præfecto extremam petierat Benedictionem , ab eoque fuerat ad moriendum confortatus , cum vespere diei 29. Augusti inclinata jam die accitus P. Clemens a Palma ejusdem Ordinis Reformatorum Sacerdos , ejus audit Confessionem ; sed quia jam tenebræ ingruebant , Viaticum , & extremam Unctionem distulit *olla mattina seguente* . Atque hic Censor opponit , *altera a lveniente die P. Clemens ne cogitat quidem de Viatico , & extrema Unctione morti proximo ministrandi &c,* concluditque propterea dicendum , vel P. Clementem *fuisse sui officii immemorem , vel infirmum dum expleta exhomologesi P.Clemens discessit , adeo recreatum vidisse , ut non urgeret necessitas Sacramenta ministrandi* .

246 Neutrum ; sed dicendum mane diei 30. Augusti , quo Viatico muniendus erat , P. Franciscum jam perfecte sanatum fuisse ; ejusque miræ Sanationis nuncium ad Coenobium pervenisse , tum per curæ Medicum *de Aquila* , tum per *P. Andream de Palma* eo ipso mane perlatum ; En Medici verba , qui Ægrotum invisit *sul mattino dei* 30. *Agosto* dum *stava oncora dormendo* Sum. pag. 29. §. 84. & 87. = *Essendomi intanto io partito pien di stupore , e meroviglia per quello avevo veduto , e toccato colle mani , a chiunque , che mi domandò della salute dell'accennato P. Francesco , e sopratutto AI RELIGIOSI DEL MEDESIMO CONVENTO , a tutti RISPOSI concordemente , che il detto Infermo , che a quell' ora si credeva da me , e da ogn'altro , passato all'eternità , AVEVA MIRACOLOSAMENTE , e per intercessione del Ven. Servo di Dio D. Alfonso Maria de Liguori* RICUPERATA *quella* SANITA', *che per mezzo umano veruna non avea potuto , ne poteva conseguire*. P. Andreas a Palma ejusdem Coenobii Religiosus , eo ipso mane sodalem Ægrotum invisit , sanum reperiit , ac Miraculi nuncium ad Coenobium attulit *Sum. pag.* 36. §. 138. , & 140. *ad* 142. ibi = *Egli si confessò al P. Clemente di Palma del nostro Ordine medesimo , e perchè l'ora era tardo, si stimò differirglisi il S. Viatico per la mattina seguente. Dopo confessatto Egli vedendosi negli ultimi periodi della sua vita . . . come lui stesso mi confessò* SUL MATTINO CHE IO L'ANDAI A VISITARE , *dicendomi ch'Egli stava bene &c. e grazie a Dio si sentiva* GIA SANO , ED IN FATTI LO VIDDI COGLI OCCHI MIEI *ripigliato il detto Infermo nel suo color naturale , cessato &c. per cui io subito giudicai che la detta guarigione era stato un puro Miracolo &c.* LI *stessi* NOSTRI PADRI , CHE INTESERO DALLA MIA BOCCA L'AVVENUTO *concordemente lo giudicarono per vero , e indubitato Miracolo* = Qua de re homo sanus robustusque Viatico muniendus non erat .

257 Venio nunc ad eos sudores , qui P. Francisco aliquandiu post invocatam V. Ligorii opem evenere . Hactenus eos criticos solertis-

si-

simus Censor appellavit; nosque vicissim cum universa Medica Schola probavimus Cryses in unis *acutis* morbis habere locum, non autem in chronicis, præsertim Phthysi; In qua, dummodo non confirmata, per unam tantum *a sordibus repurgationem*, recuperandæ valetudinis spes unica sita est. Hujus vero repurgationis indicium ab Hyppocrate, Swieteno, cæterisque Scriptoribus petitum, illud esse ostendimus, cum excreatum pus est *album*, *æquale inodorum*, *leve*. Donec hujusmodi dotes in pure a P. Francisco ante miram sanationem excreto Animadversio non probet (probant autem *contrarium* Acta) nullam crysim probabit. Et sane ingenue candideque fatetur Ægrotum numquam a sordibus purgatum, *Animadv*. §. 62. ibi = *Ægrotus priusquam sudores erupissent jam Sanationis prœludia expertus fuerat, si recesserant nausea, tussis, incitamenta ad vomitum; si potuit ipse sapide comedere, & duriusculum retinere cibum, valida urget prœsumptio, quod recesserit etiam febris, diarrhœa steterit, cessaverat puris excretio. Et re ipsa ad quinque solidas horas P. Franciscus dulciter dormivit ea interea nullum habuit incitamentum ad pus expurgandum; somno excusso eum audio a sudore detersum, NON autem a SORDIBUS PURGATUM* =

248 At salutaris Artis Magistri numquam sudores in ipsamet sanabili Phthysi *Crysis* loco habuere, bene vero repurgationem a sordibus. Si ergo audis a sudore detersum, *non* autem *a sordibus purgatum*, fatearis oportet Ægrum absque Crysi divinitus fuisse sanatum. Nihilotamen secius tota adhuc in eo est Animadversio *a* §. 54. *ad* 63., ut sudores criticos probet. Quoniam vero addit cit. §. 63. quod = *Ab hujus solutione quœstionis pendet Judicium. Hinc Consultores optabunt audire aliquem ex celebrioribus salutaris Artis Professoribus qui sub jurisjurandi religione suam pro veritate Sententiam exponat*; & in eventu, quo ea, de qua agimus, Phthysis ad tertium gradum non pervenisset, fuissetque sanabilis, item pro veritatee respondeat, *an dispelli potuerit per naturæ conatum, & signanter per ingentes salutares sudores*. Hinc nobis de hac re ne hiscere quidem fas amplius est, postquam Cl. Vir. summusque in Arte Magister *Joseph Belli*, cujus fidem doctrinamque tanti semper fecit sacer Senatus Vester, AA. PP., ut ejus suffragio in aliis finiendis Causis usi fuistis, postquam, inquam, is S. C. jussu, jurisjurandi Sacramento devicta fide, *pro veritate* scripsit, Phthysim, de qua judicandum est fuisse *confirmatam*, & *ad tertium gradum*, perfectumque *Marasmum* pervenisse, *in suo Voto pro veritate sup. Mir. II.* Quoad sudores vero ita pronunciavit in *cit. Voto* §.46. = Concludi
„ merito potest, quod *isti sudores*, quos tanti faciunt, tum Defen-
„ sores, tum doctissimus Censor, tantum secuti sint instantaneam
„ numerisque omnibus absolutam sanationem, quam P. Franciscus
„ vix implorata ope V. Ligorii a D. O. M. fuit assecutus, ideoque
„ *neque Critici*, *neque Symptomatici* ullo pacto dici possunt, sed
„ consultius videtur eosdem respicere veluti *accidentales*, quos
„ tamen promovere certe potuerat, aut vehemens animi commotio
„ ob recuperatam jam a Medicis conclamatam valetudinem; aut
„ placidus ille aliquot horarum somnus post vigilias per longum
„ tempus toleratas, cujus ope, uti ex Physiologicis constat, om-

nes

„ nes secretiones rite peraguntur, & præsertim cutanea excretio
„ adaugetur. Demum suam symbolam præbere etiam poterat illud
„ pulmentum paulo ante avide assumptum, ac sine ulla molestia,
„ secus ac antea eveniebat, in stomacho retentam.

249 En per Periti Sententiam, quam PP.AA. optabant, soluta quæstione, a qua pendere Judicium Cl. Animadversor affirmat. Ergo nil reliquum dicendum restat.

MIRACULUM III.

Repentinæ, absolutæque Sanationis CAROLI DEL VECCHIO TYRONIS *Congregationis SSmi Redemptoris ab Hæmopthysi cum acuto pectoris, totiusque corporis dolore rheumatico tussique violenti*

250 Quamquam sagacissimi Censoris sensus cum nostris apprime congruant miram hanc sanationem nonnisi *supra numerum* adprobandam proponi in Causa, in qua ad Altarium honores *duo* tantum Miracula requiruntur; miror tamen omnes Eum orationis nervos, omnem dicendi vim, omnes denique eloquentiæ fucos in illam intendisse, ac si alterum ex Miraculis foret in requisito numero proponendis. Quænam vero tanta contradicendi ratio? Quia leve, inquis, subjectum est, brevisque durationis. Quæ dum totam constituunt Animadversionis molem. Sane non video, quonam jure *Hemophtysis* leve videatur subjectum Miraculi supra numerum adprobandi, cum in illorum morborum censu referatur ab immortali Benedicto XIV. *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 16. *num.* 8,, qui arduum constituere subjectum debent ad ipsos Altarium honores assequendos. Quis umquam dixerit subjectum sufficiens pro adprobando Miraculo intra numerum, haud esse ejusmodi pro Miraculo supra numerum?

251 Si vero chronici morbi longam habent curationem, non item acuti, in quibus gravitas, & symptomatum intensitas, periculum exhibent. Hæmophthoici porro ob unam sanguinis excretionem in extremo versantur *discrimine*, ceu totidem verbis pronunciavit Aretæus *de caus. & sign. morb. acuti lib.* 2. *cap.* 2. *de sanguinis ejectione*. Hæmophthysis certe haud cum *Partu* comparanda. Et tamen hunc inter subjecta Miraculi *supra numerum* adprobandi recenset laudatus Pontifex *cit. lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 20. *num.* 30. ibi = *Partum esse materiam Miraculi, & felicem ejus exitum hoc nomine probari posse; ita tamen si tamquam SUPRA NUMERUM, & ex abundantia probetur. Ita &c.* Quibus Pontificis verbis satis clare pro ingenii, qua præstat, laude Censor intelligit quam leve subjectum, quamque leves conditiones *necessariæ sint*, *ut Miracula supra numerum admittantur*, quin hanc inquisitionem prætermittere simulet *Animadv.* §. 64.

252 Id dum in superiori Causæ actione diximus, numquam eo nomine diximus, ac si agnosceremus *plura deficere*, *in pluribus nutare Prodigium* Animadv. cit. §. 64. Oratorium inventum facile percipit qui

qui non neget *duo* tantum in Causa requiri Miracula, nec plura. Si plura, ergo supra numerum. Anne ideo *nutantia* Prodigia appellas quia supra numerum? Hoc nomine non intercedo. Verum in Causam peccassem, si altero ex ambobus primis Miraculis *secundi generis* e binario loco disjecto, hocce *tertii generis* ejus vice suffecissem. In hac quippe *generis* qualitate inter sese discriminantur.

253 Hæc si parumper advertat quisquis tertium, de quo impræsentiarum agitur, Prodigium inutile authumaverat, fore confidimus, ut immutata sententia, si ad necessitatem inutile, utile tamen ad Causæ splendorem existimabit. Et sane qui ad omnem arcendam ab animo dubitationem unum expectabat *Periti* judicium *pro veritate* scribentis, præsto illud habet, postquam Cl. Vir Josephus Belli in suo *Voto pro veritate* exarato Sanationem hanc ad rei Medicæ leges perpensam *divinitus collatam* sancte affirmavit, eamque *tertii generis* declaravit. (a)

254 Hisce præstitutis, quum sagacissimum Animadversorem in ipso dicendi limine sibi duo hæc proposuisse legam §. 64. in fin. = *Vel morbum Tyronis del Vecchio veram non fuisse Hæmophthysim vel si satis reapse fuit, non illam certe, quæ aut nullo modo, aut difficillime sanatur*; meum quoque esse intelligerem in ipso orationis exordio de utroque contrarium ostendere. Verum quum id late præsiterim in superiori Causæ concertatione (a) vestra morarer tempora AA. PP.; si de iis iterato sermone dixerim. Attamen faciliori Causæ studio consulens de morbi diagnosi, sive natura; deque illius difficili curatione, sive gravissimis symptomatibus summatim dicam, doctissimos Judices enixe exorans, ut præteritas nostras vindicias super hoc *III. Miraculo*, ad quas in sequenti synopsi me referam, pro eorum diligentia perlegant.

PARS I.

De Morbi diagnosi, & gravitate

255 Morbum, de quo res est veram fuisse Hæmophthysim symptomata, atque adjuncta antecedentia, concomitantia; subsequentia evidentissime probant. Ac primo quidem.

256 MEDICI JUDICIUM, cui staudum docet Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. fuit = *L' infermità &c. essere* UNA VERA EMOTTISI... *il sangue lo giudicai, e lo stimo sboccato* DA VASI DE BRONCHI DEL POLMONE; in præter. Resp. *pag.* 111. §. 256. *& seq.*

257 GRACILIS CORPORIS CONSTITUTIO, atque sexdecim annorum *ætas* Sanati ob sanguinis fervorem periculosiorem juxta Medicorum sententiam Hæmophthysim reddebant = *Di gracile complessione, e delicato* = Resp. cit. *pag.* 111. §. 159. *& seq.*

258 CAUSAM morbi scilicet ponderis gestationem eam hæmophthysim Medici ostendere docent, quæ ex ruptis Pulmonis vasis oritur = *In trasportando una volta una tavoletta pesante* (in ministrando men-

 sæ

(a) *In Vot. o pro veritate sup. Mirac. III.* §. 1. & 23.
(b) *Pr at. Resp. a pag.* 110. *ad* 117.

se) nel troppo numero di piatti gli occorse di sentirsi COME UN COLPO NEL PETTO , *che glielo lasciò addolorato* CON FORTE ED ACUTO DOLORE ; *ed esso malgrado proseguì a servire sino alla fine della tavola , dopo la quale , sebbene sudato senza cambiarsi , si pose a letto , sù cui non poteva trovar sito* PER LO SPASIMO &c. ED AUMENTATO IL DOLORE NEL PETTO . . . . . *Dolor di petto accompagnato da una Tosse secca* = Resp. cit. pag. 112. init.

259 DOLOR PECTORIS hæmophthysis apud Medicos argumentum , a conatu inde usque ægrotum vexavit = *Mi fissò* UN DOLORE INSOFFRIBILE *al petto = un colpo nel petto , che glielo lasciò addoloraro con forte , ed acuto dolore &c. aumentato &c.* Resp. cit. *pag.* 112. §. 262. *& seq.*

260 TUSSIS PRÆGRESSA sanguinis expuitionem , illius originis a pulmonalibus venis signum a Medicis traditum fuit violentissima , feralis , horrida , convulsiva = *Tosse orrida , e convulsiva = Tosse secca = Tosse convulsiva continua = Violenta , e ferina la tosse* = Resp. pag. 113. §. 264. , & seq.

261 TUSSIS CONCOMITANS cruoris excretionem pathognomonicum rupti pulmonalis vasis signum a Medicis ponitur = *Cominciavano a vedersi dietro una tosse forte alcune rasche di vivo sangue . . . la tosse esasperata al maggior segno &c. che la notte antecedente avea buttato un' altra quantità di sangue . . . . una fiera tosse così veemente , che fu costretto a buttare due bocconi di sangue vivo, e spumoso* ; cit. Resp. *pag.* 113. §. 226. , *& seq.*

262 PECTORIS DOLOR SUBSECUTUS ipsas etiam primas sanguinis rejectiones , ex quo Medici infarctum pulmonem agnoscunt , non obstantibus repetitis phlebothomiis auctus immense fuit = *Dai dodici del sopraccennato mese , che buttai sangue . . . nel giorno diecciotto lo buttai più che vivo , ed in quantità &c. stante l' eccessivo dolore = Il dolore cresceva , ed era insoffribile = tutto ambascioso , e mesto per il gran dolore avanzatosi = Dolore nel petto , che si sentiva alle fauci della morte = Ne cessando il dolore ai replicati salassi* = cit. Resp. pag. 114. §. 262. & seq.

263 DIFFICILIS RESPIRATIO , & *anxietas* , ex qua læsam pulmonum actionem Medici norunt , dire ægrum divexavit = *Con respiro stentato , ed affannoso , che mostrava voler tra breve esalar l' anima = Somma difficoltà di respiro a segno , che non poteva nemmeno aprire la bocca = Avanzato a maggior segno la difficoltà di respiro = Non potea neppure respirare = cit. Resp. pag.* 115. §. 270. , *& seq.*

264 EXCRETIONIS MODUS rejecti sanguinis per bucellas cum concitata tussi , ipsum sanguinem a pulmonibus omnino eruptum Medicos edocet = *Da tempo in tempo lo buttai = Nel giorno 18. buttai due BOCCONI DI SANGUE vivo interpollatamente , e la notte seguente ne buttai due altri BOCCONI più grossi delli primi =* BOCCONI *dello stesso sangue = per frenar quel sangue , di cui trovai alcuni vasetti &c.* cit. Resp. pag. 115. & seq, §. 272. *& seq.*

265 SANGUINIS COLOR floridus , & vivus per Medicos veram constituit Hæmophthysim = *Lo buttai* PIU' CHE VIVO = *Lo giudicai , e lo stimo sboccato da vasi de Bronchi del Polmone , e perchè* VI·

VIVO, E ROSSO = *Bocconi di sangue VIVO* = *Sputi di* VIVO *sangue, che li Medici mi dicevano, che nasceva da offesa di Polmoni*.

266 SPUMA sanguinis, hunc e Pulmone ductum apud omnes Medicos certissime evincit = *Bocconi di sangue vivo, e SPUMOSO* = *, vivo, e SPUMOSO, come io la mattina osservoi* = *vivo sangue SPUMOSO* = cit. Resp. pag. 116. in fin. & seq.

267 IMPOSSIBILIS IN LATUS DECUBITUS; ex quo insignem Pulmonum labem Medici agnoscunt, ita aderat, ut ne leviter quidem id tentare posset ægrotus, quin novum sanguinis fluxum pertimesceret= *Non trovavo sito nel letto, ne riposo di sorte alcuna, anzi mi vedevo tutto oppresso* = *senza potersi muovere da niun loto* = neque id tentare poterat = *senza un' estremo dolore, e difficoltà, e timore di buttar nuovo sangue* = cit. Resp. pag. 117. §. 178.

268 VOX IMMINUTA per affectus Pulmonum juxta Medicos, adeo erat, ut ne verba quidem proferre valeret = *In maniera di non potersi muovere &c. ne orticolor porolo*. *Mi fè segno, giacchè parlar non poteva* = *Non poteva neppure aprir lo bocca*.

269 Inter hæc misellus adolescens *obbattutissimo di forze* = (Summar. pag. 51. §. 3. pag. 55. §. 28. & 30. alibique) cum in eo jam esset, ut = *Mostrava voler fro breve esalar l' Anima* = *A mol partito ne sopendo più che fare umanamente*) Summar. pag. 55. §. 28. post §. 51. alibique) Ven. Parentis sui Reliquia dolenti pectori admota, ita precatur = *Monsignore, s' è di gloria di Dio, e profitto dell'anima mia io voglio star bene* = Dictu mirum! Rediere extemplo vires, serena oculorum acies, vultus color, sonoraque vox. Abiit autem subito pallida mortis imago, molestissima tussis, cruenta rejectio, anxietas, acutissimus pectoris dolor, dispnoea, rheumatici artuum dolores, omnisque vis improba morbi, cunctis obstupescentibus. Imo gracili, debilique temperamento in robustum, & athleticum immutato, nullam posthac per *quindecim* solidos *annos*, vel minimum prægressæ Hæmophthysis indicium, vel incommodum passus est, florida semper valetudine fruitus. *Summar. pag. 64. in fin. & seq. pog. 51. §. 6. pag. 52. §. 11. pag. 53. §, 18. pag. 59. init., pog. 55. §. 28. & seqq. pag. = pag. 60. §. 63.*

270 Ecquis non obstupescet? Ecquis in sanatione tam subita momentanea, repentina, perfecta, perenni, Miraculum non agnoscet? Nam *si sanotio fiat incontinenti cogitur intellectus fatei i sanotionem fuisse* .*MIRACULOSAM*: verba sunt Mattæ de *Canoniz. SS. part. 4. cap. 7. num. 13.*

271 Sed jam vos, AA. PP., intelligitis miram hanc sanationem '*instantoneitate* non modo, verum etiam morbi *arduitate*, difficilique curatione dignam, quæ Prodigiis, non dicam *supro numerum*, sed Item si fuisset opus intra præscriptum *numerum* adscribatur. Si enim ex hactenus allatis signis e testinm, ac Medicorum penu petitis plane constat, morbum fuisse Hæmophthysim, eamque e ruptis pulmonum vasibus ortam, nemo certe illius curationis difficultatem non agnoscet. Hujusce rei plenæ sunt omnium salutaris artis Scriptorum voces; speciminis loco sint = Hoffmannus *Tom. 1. lib. 1. cap. 2. de songuin. fluxu ex Pulm. pag. 18.* = ibi = *Vos in Pulmone* RUPTUM *vel sauciatum sanguiferum* DIFFICULTER ADMODUM COALE-

SCERE, *& consolidari* POTEST; *accedit, quod extravasatus in Pulmone sanguis* NON FACILE *penitus* PER BRONCHIA, *& asperam arteriam* EVEHITUR, *sed in vesiculosa substantia restagnans* PUTRESCIT. Manget Bibliothec. *Medic. Tom.* 2. *verb. Hæmophthysis pag.* 657. *col.* 1. = ibi = *Cujus unitas* (Pulmonis) *si quando solvatur*, IMPOSSIBILE PRORSUS ERIT *vasculorum disjunctorum fines rursus coire*; & prius Villisius *sect.* 1. *cap.* 7. *de sanguin. sputo pag.* 523. *col.* 1. = *ibi* = SEMPER CURATU DIFFICILEM EXISTERE COMMUNIS OBSERVATIO EST. Sed modo præstat objecta refellere.

P A R S I I.

Refelluntur Animadversiones.

272 Principio omnium levissima, pervetusta, crebrisque sermonibus sacro in hoc Foro usurpata Animadversio est §. 65. Testes omnes, præter Medicum, idem ac Sanatum Institutum profiteri. Fac eos Postulatores non induxisse, quale facinus censorio calamo severe signandum! Si Miraculorum extrema, dixisses, ab oculatis Testibus probanda sunt, quonam alio pacto eventum intra domestica septa secutum, nonnisi per domesticos probare quis valet? Id apprime novit, qui in Miraculo *secundo loco* proposito, præter Testes omnes ejusdem Instituti a Sanato professi, & ipsam ejus defunctam amitam, cujus is versabatur in domo, ad testimonium ferendum ab inferis excitasset (a).

273 Neque religio, quem subeat eff.isæ eorumdem Testium in Ven. Parentem suum pietatis, ac si ea præjudicatis oculis animisque Prodigium viderint (*Animad. cit.* §. 65.) tum quia Parentis Canonizatio haud in singulorum peculiare commodum vertit, tum quia juramentum Religiosos maxime viros ab omni purgat pietatis, amorisque suspicione, eamque a nostro etiam Foro procul amandat; per tradita a Cæpario apud Bened. XIV. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. = ibi = *In his Causis admittuntur etiam ad testificandum* TESTES EX EADEM RELIGIONE *ut idonei, idque ex regula generali, quod testes de Universitate pro illa admittantur testimonium dicere, quando de eorum singulari commodo non agitur* ... NEC OBSTAT SUSPICIO AFFECTIONIS. *Illa enim purgatur per juramentum Testis. Concurrit sanctitas, & perfectio Religiosorum, ex quo magis præsumitur veritatem dicere cum juramento*. Quamobrem laudatus Pontifex non modo existimat ejusdem Instituti Sodales idoneos esse Testes, sed ad illos inducendos maxime Postulatores hortatur, concludens *seq. num.* 17. = *Sollicite ergo sint Postulatores, ut Testes adhibeant Religiosos &c.* NEC *enim* TESTIBUS RELIGIOSIS ERIT DETRAHENDA FIDES *ratione præsumptæ affectionis, non solum ex rationibus supra ex Opere P. Cæparii desumptis, sed etiam ex eo, quia* RES ALIO MODO PROBARI NON POTEST.

Quæ

(a) *Prat. Animad. pag.* 9. §. 21.

274 Quæ autem omnem affectionis notam a nostris Testibus procul arcere debuisset, eam nobis objicit solertissimus Censor *cit.* §.65. eorum vel nimis cautam, vel minus claram in dicendo vocabulorum usurpationem; ita ut si graviora hi narrent morbi symptomata, eos exagerasse: si vero illorum alter pro *Miraculo*, miraculosæ *gratiæ* verbum usurpet, eum vera dixisse, nullumque agnovisse Prodigium existimet. Quam vero immerito late jam in superiori concertatione ostendimus (*a*); in qua a Pignattellio, & ab immortali Lambertinio edocti facile a Testibus hæc ipsa nomina confundi, ac propterea eorum mentem a toto sermonis contextu esse eruendam, singulorum verba retulimus iis probavimus, eas, qui gratiæ vocabulo semel usi sunt, alias idque sæplus in eodem contextu hanc ipsam Sanationem affirmasse = VERO MIRACULO =

275 Id vel maxime Animadversio novit, ac unum modo repetit *P. Dominicum Corsano*, ab Inquisitionis tabulis expiscatum (*b*) quem suam de sanatione sententiam reticisse autumat, cum ita conclusit = *Intesi dire, che i Medici . . . giudicarono, che detta sanazione era stata miracolosa. Altro di questo io non sò*. Animadv. *cit.* §.65. *in fin.* Religionem potius hujusce auriti Testis admirari debuisset, qui per eos majoris hebdomadæ dies Apostolico muneri incumbens, separatisque a Tyronibus ædibus vivens, vix eum aliquando invisit, unde merito dixit = *Lo viddi infermo, indi risanato* = Quid amabo aliud addere poterat morbi, & sanationis inscius, quem propterea nos in Summarium, inque oculatorum album minime retulimus? Dicere ne debuisset a se non visam sanationem, miraculo evenisse? De ignota sibi re judicasset. Quod per Miraculi famam sibi constabat, id ultro sancteque deposuit addens = *Intesi dire, che i Medici giudicarono, che detta sanazione era stata miracolosa* = Sed de aurito Teste nulliusque rei conscio satis multa. Ad oculatos revertor.

276 Medici testimonium extenuare studet Animadversio §. 66. eum oblivionis accusans; utpote qui bis ad testimonium vocatus in Apostolica Inquisitione, in primo examine duas tantum commemorat a se factas visitationes, in altero vero enucleatius circumstantias enarrat sibi jam a Sanato in memoriam revocatas. Non video equidem, cur oblivioni detur satis expeditum primum examen. In eo enim interrogatus, num certior esset de aliquo miraculo, sibi de uno constare respondit tamquam *Testimonio di veduta* =, ac narrare pergit Miraculum, de quo sermo est, eam commemorans visitationem, qua ægrotum invenit = *in agonia di morte per il tanto sangue buttato dal petto* = nec non sequentem a prandio iteratam, in qua eum visit = *Lo trovai giolivo, con petto largo, e libero &c.* quæ duo sunt substantialia Miraculi extrema. Ita ipse (*c*) interrogationi satisfecit; Judicum vero erat novis eum interrogatoriis urgere ad narrati Miraculi eruendas circumstantias.

277 Finge tamen visitationum numeri post *decennium* a patrato miraculo Medicum in singulis horis ægrotorum curationi addictum tunc bene meminisse, nulla certe jactura vel ejus testimonio, vel miraculo pertimescenda. *Memoriam namque omnium habere, & in nullo peni-*

tus

(*a*) *Prat. Resp. pag.* 156. §. 367. *ad* 376.
(*b*) *Prat. Animad. cit.* §. 67.
(*c*) *Sum. pag.* 33. *in fin. & seq. exad. cit.*

tus peccare Divinitatis magis, *quam mortalitatis est*; verba sunt *J. C. in leg.* 2. §. *Si quid autem Cod. de vet. Jur. Enud.*

278 Neque illum obliviosum appelles, quia iterum a Judicibus *ex officio* vocatus candide fassus est *Summar. pag.* 54. *exadv. cit.* §. 22. quod= *Non sovvenendomi tutte le circostanze del sofferto male*, *ho voluto dalla sua bocca* (Sanati) *sentirne la narrazione &c. Egli mi ha fatto RICORDARE BENISSIMO &c.* Qui recordatur non est obliviosus ut ille qui, etiam auditis a se antea visis, tamen non meminisse respondit. In hoc enim *memoria a reminiscentia* differt, quod ex *habitu*, hæc *actu* rerum reminiscatur. Hinc qui reminiscitur haud est auritus ab eo, qui gesta narrando in mentem revocat, sed sua profert, deponitque *de facto proprio* de iis, quæ alias suismet sensibus bene percepit; uti Metaphysici docent, ac præ cæteris Genuensius *Element. Metaphy. part.* 2. *defin.*1. *num. VII.* = ibi = *Reminiscentia est actio*, *qua REM alios* PERCEPTAM *iterum percipimus cum sensu*, *& animadvertentia fuisse alias perceptam* . . . . *ut nempe quod habitu est memoria*, *id actu sit reminiscentia* = *Inesse in singulis reminiscentiis sensum* VETERUM PERCEPTIONEM *id clara intima conscientia persentiscimus*. Et bene Rota *in rec. dec.*350. *num.* 17., *& seq. part.* 19. *Tom.* 1. = ibi = *Oblivio cessat stante reminiscentia subsecuta* = Quo quidem in eventu standum est secundo Medici examini per tradita a Farinac. *de Testibus quæst-* 67.*num.*331. ibi = *Potest stare quod hodie quis recordetur de eo*, *de quo antea non recordabatur &c. isto casu STATUR SECUNDO DICTO*.

279 Perperam vero eumdem Medicum non sibi constare Animadversio authumat *cit.* §. 66., quia rejecti sanguinis vidisse dicit, modo *due vasetti ripieni*; modo *alcuni vasetti*. Nam Pronomen = *alcuni*, *aliqui* = vim habet pluralem, quæ duobus æque ac multis convenit; apud Gramaticos, & Lexicographos, uti *in Voc. della Crusca* = ibi = *alcuno* = *Nome paritivo di quantità indeterminata* =. Et in Thesaur. ling. lat. Robert. Steph. *Aliquis* = *vim habet pluralem*. *Non enim est aliquis*, *nisi de multis* =. Illud tandem quod Animadversio ait, eumdem Medicum semel indicasse rejecti Sanguinis tantum *un Vase* nullum habet locum, in quo consistat. Nam numquam dixit invenisse tantum *un Vase*, sed, quod longe secus est, rejectum sanguinem ipsum observasse *in un Vase*, alium propterea non exclusit; ut in *Summ. pag.* 56. *exadv. cit.* §. 39. = ibi = *La notte antecedente aveva buttato un' altra quantità di sangue*, *che io OSSERVAI in un vase* = Nulla ergo est ejus in dictis anthiologia.

280 Perperam quoque Animadversio concludit §. 67. primam potius Medici depositionem esse attendendam in *Ordinaria* Inquisitione receptam, quam alias in *Apostolica*. Id Apostolicæ Sedis legibus adversatur, quæ Canonizationis Judicium ab ea videlicet Apostolica potissimum Inquisitione pendere sancivit, multis quidem rationibus, ac præ cæteris ea, quod ita *dignitati Apostolicæ convenit*, quodque hæc Inquisitio per Delegatos Judices juxta Remissoriales, & Fidei Promotoris Interrogatoria confecta *accuratiorem*, *& ad veritatem confirmandam magis aptam efficiat indaginem*; ceu late exponit Benedictus XIV. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Itaque tantum Apostolica Medici depositio Ordinariæ præstat, quantum ipsa Apostolica Inquisitio præstat Ordinariæ.

281 Quorsum hæc? Intelligo. Noverat solertissimus Censor, Medicum in

in Apostolica Inquisitione sancto deposuisse *Summ. pag.* 55. §. 32. = *L' infermità sofferta essere stata* UNA VERA EMOTTISI, *giacchè al vomito di sangue si accompagnarono somma difficoltà di respiro, tosse violentissima con dolore anche acuto &c. Il sangue lo giudicai, e lo stimo sboccato da* VASI DE BRONCHI DEL POLMONE, *perchè vivo, e rosso* = & pag. 56. in fin. = *La gravezza del male indicava conseguenze pessime, e funeste*. Noverat explicitum hoc Medici Judicium morbi *arduitatem* pro definiendo Miraculo in propatulo posuisse, confugit propterea ad Ordinarias tabulas, in quibus ipse Medicus minus clare, minusque explicite morbi naturam deposuerat, dum ait, quod = *essendosi infermato un Novizio &c. di un reuma di petto con difficoltà notabile di respiro con tosse convulsiva continua, e con dolore spasmotico fisso nella regione del petto . . . il male s' ingigantì in una maniera, che sino a tre volte diè per la bocca replicati bocconi di sangue, al settimo, ed ottavo giorno essendo venuto la mattina io a visitarlo &c. lo trovai, che se l'era avanzato al maggior segno la difficoltà di respiro, la tosse esasperata al maggior segno, e che la notte antecedente aveva buttato un' altra quantità di sangue, che io osservai in un vase, e colle forze molto abbattuto, ed il medesimo Paziente tutto ambascioso, e mesto per il gran dolore avanzatosi, mi fece temere &c. Giacchè la gravezza del male indicava conseguenze pessime, e funeste* =. Ex *Summ. pag.* 56. §. 37. & 39. *exadv. cit.* Quibus ex verbis Animadversio concludit princeps malum fuisse rheuma, sanguinisque ejectiones accessorium.

282 Fac complicatum fuisse Rheuma cum Hæmophthysi, quid inde? Inauditumne usque ad hanc diem perire ægrotos ob gravioris morbi accessionem secus non perituros? Inauditumne complicatos morbos in miraculi subjectum venire? imo quoad potest meus mea respicere spatium præteriti temporis, & memoriam recordari ultimam inde usque, id frequenter evenit. Tacitus prætereo exempla cuique notissima, inter quæ illud Causæ tunc *Ven.* nunc *S. Josephi a Matre Dei*, in qua legimus miraculis adscriptam sanationem secundo loco propositam Sor. Christianæ Ceccherinæ *ab ægritudine contracta ex* COMPLICATIONE QUAMPLURIUM *internorum* MORBORUM; idque etiam in Causa Ven. *Alexandri Sauli* apud Benedictum XIV. *Oper. Tom.* 6. *pag.* 100. Illud unum addam laudatum Pontificem quæstionem instituere de illo, qui *diversis* laboret morbis, sanusque evadat ab uno, *permanentibus cæteris*, idque miraculo non officere pro sua doctrina concludit *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 21. Quis umquam dixerit, officere id posse in nostro rerum themate, in quo ad Ven. Ligorii nomen una cum graviore Hæmophthysis morbo miraculi subjecto, etiam minus gravis Rheumatis morbus momento evasit?

283 Sed illuc revertor. Numquam certe Medico mens fuit etiam in Ordinaria Inquisitione Miraculi morbique gravitatem in Rheumate constituere, bene vero in Sanguinis per os repetitis rejectionibus, quæ hæmopthysim sonant =*sino a tre volte diè per la bocca replicati bocconi di sangue . . . . aveva buttata un' altra quantità di sangue*; = atque in eo gravitatem ac periculum novit, quod non obstantibus repetitis phlebothomiis, pharmacisque = *trovai, che se l'era* AVANZATO AL MAGGIOR SEGNO *la difficoltà di respiro*,

la tosse ESASPERATA AL MAGGIOR SEGNO *&c. colle forze molto abbattuto, ed . . . il gran dolore avanzatosi*, propterea e vestigio addit, *mi fece temere, giacchè la gravezza del male indicava conseguenze pessime, e funeste* = . Et quidem scite; quia exasperata hæmophthysis symptomata novas, easque proximas, ostendebant sanguinis evomitiones, pulmonisque rupturam; ex Scriptorum locis abunde relatis in *præter. Resp. pag.* 120. §. 287. *& seq., pag.* 121. §. 289. *& seq., pag.* 122. §. 291. *& seq.*

284 Quod si malles eumdem Medicum loco hæmopticorum symptomatum indigitare debuisse ipsummet hæmopthysis vocabulum, id etiam præstitit in Apostolica Inquisitione, in qua expresse deposuit = *L' infermità essere stata una vera Emottisi*; hancque non a Rheumate, sed a ponderis gestatione habuisse originem *Sum. pag.* 54. *post* §. 22. = ibi = *In trasportando una tavoletta pesante pel troppo numero di piatti, li occorse di sentirsi come un colpo nel petto, che glie lo lasciò addolorato con forte, ed acuto dolore* = . En hæmopthysis causa; subsequuti vero sudores accessorii rheumatis causa fuere; = *Esso malgrado proseguì a servire sino alla fine della tavola, dopo la quale sebbene sudato, senza cambiarsi si pose a letto, sù cui non poteva trovar sito, e svegliatosi poco dopo si sentì tutte addolorate le membra* = En verba, en sententia illiusmet Medici, qui idem loquitur tam in Ordinaria, quam in Apostolica Inquisitione; & notissima regula critices est, quod si Testis minus clare quid dixerit = *per id quod clarius alio loco dixit, explicetur* =.

285 Neque addas eumdem Medicum ea in dubitatione, qua primum hæsit, an symptomatum cessatio efficaciæ potius mineralis æthiopis, quam Ven. Viri intercessioni tribuenda fuisset, cunctandum fore dixit, quia = *s' era ciò effetto della pillola secondo l'arte l'avrebbe dovuto di nuovo comparire leggiermente la tosse, la difficoltà del respiro, ed il dolore*; *futurum tamen iri, ut cruenta sputa redirent non dixit. Ergo in solo rheumate principem morbum statuisse videtur* = Animad. §. cit. 66. Argumentum locum non habere, in quo consistat facile percipit, qui ex Medicis novit tussim, anxietatem, dispnoeam, sive respirandi difficultatem, pectorisque dolorem in Hæmopthysi, (cujus præsentiam cruentæ ejectiones tum Medico, tum lippis ipsis & tonsoribus ostendebant) non esse Rheumatis, sed proximæ novæque sanguinis rejectionis, nec consolidati jam rupti in pulmone vasis pathognomonica signa; ut apud Hoffman. *de sanguin. fluxu ex Pulm. Tom.* 2. *p.* 211. *col.* 2. Gorter de Medic. Dogmat. *De tussi aphor.* 25. *in not.* = ibi = *Si quis antea expuerit sanguinem, dein non amplius expuat, verum remaneat tussis aliqua sicca, non dubitamus* PORTIONEM SANGUINIS *præcedentis* RESTARE IN VESSICULIS, *ibidemque concrevisse* = Boerrhavius de Cogn., & cur. morb. *tit. de Phthysi Pul.* §. 1199. = ibi = *Sputo sanguinis coercito oritur primo* DYSPNOEA *&c. Si post hæmoptoen* ANHELATIO, CERTO SEQUITUR PHTHYSIS = . Et Swietenus ad aphor. 900. §. *Si sputum* = ibi = *Si sputum supprimitur* DYSPNOEA MANENTE, *malum signum est. Cessat quidem sputum, verum* DYSPNOEA MANENS, *vel aucta &c.* DEMONSTRAT EVIDENTER NON DEFICERE MATERIAM PER SPUTA REJICIENDAM, *sed retineri in Pulmone, unde brevi suffocatio metuenda erit.*

Quam-

286 Quamobrem merito Medicus affirmavit *secondo l' arte*, quod si æthyopis mineralis bolus illam quietem induxisset, cito ea succedere debuissent tetra symptomata, quæ novam sanguinis ejectionem annuntiant. Nam = *l' Etiope vegetabile poteva raffrenare per qualche ora il butto del sangue*, *ma* NON ESTINGUERLO, *ed istantaneamente*, *come accadde* =; prosequitur idem Medicus *Sum, pag.* 56. §. 35. Ex quibus sane verbis satis clare fatetur curam per phlebothomias, & narcotica, sive, opiata non quidem ad rheumaticos imminuendos dolores apud *Animad.* §. 67. *in fin.*, sed ad inducendam temporariam quietem, cruentamque coercendam eruptionem direxisse juxta salutaris artis præcepta, de quibus Mortonus *Phthysiolog. lib.* 3. *cap.* 5. *de Phthysi ob Hoemoptœ* ibi = *Utcumque Phthysis ab Hæmoptœ vulgari modo curatæ usitato succedat*, *frequentibus* PHLEBOTOMIIS, *medicamentis &c.* OPIATIS *&c. quæ vi* POTIUS SANGUINIS ERUPTIONEM SUPPRIMUNT, *quam internum sanguinis statum alterant* =. In Rheumate autem non quidem adstringentia, ut in hæmopthysi, sed *diluentia* adhibenda docet Riverius *Oper. Med. Centur.* 1. *Observ.* 83. Hinc hujusce curationis methodum in nostra facti specie adhibitam, semper in Hæmopthysi institui solitam advertit experientissimus Peritus *pro veritate* in suo Voto *sup. II. Mirac.* §. 4. & 20.

287 Quum in Judiciis, tum maxime in hoc de Miraculis Canon sit, quod = *Quando agitur de Miraculis in specie factum individuum cum omnibus suis circumstantiis a Teste exponitur*; *ad Sedem autem Apostolicam pertinet ferre judicium, an, & quomodo factum individuum excedat vires naturæ*; apud Benedict. XIV. *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 5., ac de Medico *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8., nescio, quo pacto iterum nobis objiciantur modesta illa verba, quibus Medicus suum de morbo judicium protulit *Animad.* §. 68. = *Sembrami* A MIO GIUDIZIO *l' infermità sofferta essere stata* UNA VERA EMOTTISI *&c.*, e vestigio rationes addens = *Giacchè al* VOMITO DEL SANGUE *si accompagnarono* SOMMA DIFFICOLTA' DI RESPIRO *&c. tosse* VIOLENTISSIMA *con* DOLORE *anche acuto &c.* IL SANGUE LO GIUDICAI, *e lo* STIMO *sboccato da vasi de' Bronchi del Polmone*, *perchè vivo*, *e rosso &c.* Quibus sane verbis is Delegatis Judicibus suum judicium aperuit *a mio giudizia lo giudicai*. Si vero ipsum ideo dubitanter locutum affirmes, quia initio verbum præmisit = *sembrami* = quo sententiam suam Apostolicæ Sedis, aliorumque judicio subjecit, dubia item dices ipsorum Peritorum S. C. jussu pro veritate scribentium suffragia, quæ pari humili formula concluduntur; uti in omnibus Causis, ac præ oculis in nostra; in Voto *sup. Mirac. I.* §. 30. *super II.* §. 47., *ac sup. III.* §. 24.

288 Hæmophthysis existentiam tandem Animadversio concedit §. 69. sed eam a laceratione dumtaxat alicujus ex capillaribus venis ortam iterum opinatur. Quo argumento? Qua probatione? Profecto nulla. Utar ergo verbis Augustini *de unit. Baptis. cap.* 16. = ibi = *Quid laboramus probare defensionem nostram*, *cum Adversarius nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam*? Plene jam cumulateque non dicam exceptioni satisfecimus, sed ipsam quoque suspicionem in auram amandavimus cum, non modo rem periculi plenam ex *Hyppocrate*, *Junkero*, *Swietenio* vel unam ejectionem sanguinis a

capillaribus ruptis venis educti probavimus (a); verum etiam per pathognomonica signa a Medicinæ Proceribus hausta geometrica demonstratione clarius ostendimus non a capillaribus venis, sed a Pulmonis vasis in hac historia sanguinem fuisse eductum (b). Probavimus siquidem, quod si exilis rumpatur venula adest tussicula levis: at in re nostra tussis erat = *Convulsiva*, *continua*, *orrida*, *violenta*, *e ferina* = Probavimus ejectionem sanguinis a venula educti esse facilem, nulloque impetu concitatam. In hac facti specie cruoris excretio fiebat concomitante tussi = *violentissima*, *esasperata al maggior segno*, *e veemente* ; nec non pectoris dolore, ac spirandi difficultate = *con ambascia tale*, *e difficoltà di respiro*, *e dolore nel petto*, *che si sentiva alle fauci della morte*. Sanguinis denique a venula eductus per os *guttatim* extillat; e contrario ab Arteria, vel majore pulmonis vase, *per grumos*, uti nostro accidit ægroto, qui pluries evomuit = *bocconi di sangue vivo* = *altri bocconi più grossi dei primi* &c. Nuda ergo suspicio probationibus cedat.

289 Præteriisse simulat solers Animadversio §.70. suppositas Testium exagerationes in exponendis a se visis morbi symptomatibus, unamque persequitur ab ægroto passam, testatamque virium prostrationem tamquam phantasiæ tribuendam. In id imaginem pingit, eamque verborum fuco perlinit, ejus, fœminæ nescio, an viri, qui ad sanguinis conspectum, vel ipsa e vena educendi, multoque magis per tinctum sputum educti, mortali operitur pallore, mortemque contrectare videtur. Perbelle dictum; rei tamen nostræ minime accomodatum. Non enim agitur hic de instituta phlebotomia, vel de sputo sanguine tincto, sed = *di bocconi di sangue vivo* = iisque repetitis = *più grossi dei primi* = atque evomitis post = *un colpo nel petto*, *che gli elo lasciò addolorato con forte*, *ed acuto dolore* = *sup.* §. 262. & 264. Agitur de = *bocconi di sangue vivo* per antecedentem, & concomitantem ferinam vehementemque tussim; dispnœam, respirandi difficultatem pectoris auctum dolorem, auctam virium prostrationem, inutiliaque reddita omnia artis præsidia, non tam extossitum, quam evomitum: Agitur de sanguine per grumos rejectum non modo *vivo*, sed etiam *spumoso*, quod rupti Pulmonalis vasis pathognomonicum signum est; quo quidem in casu non pavorem irridet *Aretaeus*, sed si pavor, si timor in ægroto abfuerit alte demiratur, scribens = *de Caus. & sign. Morb. acuti lib.2. cap.2. de sang. rejectione pag.15.* = ibi = *Illud summa ADMIRATIONE DIGNUM, quod in sola ex pulmone* (sanguinis) *rejectione, quæ omnium sævissima est, homines ANIMUM NON DESPONDEANT, quum tamen in EXTREMO DISCRIMINE versentur*, & paulo post exclamat = *QUIS EST ADEO FIRMO, ET CONSTANTI ANIMO, QUI se jugulationi simile quiddam passum esse conspiciens NON FUTURAM MORTEM VEREATUR, ET PERHORRESCAT?*

290 Quid, amabo, comune cum solidorum morbo imaginatio habet, vel habere unquam potest, quæ unis in spiritibus agit? nisi, ut summam in ægroto debilitatem ab imaginatione repetis, ab eadem item ortum contendas extussiti sanguinis in dies incrementum, majorem sci-

(a) P. alter. Resp. pag.133.§.320. (b) Cit. Resp. pag.134.§.321.& seq.

scilicet pulmonalis vulneris factam amplitudinem ; ita ut morbi initio = *cominciarono a vedersi dietro una tosse forte alcune rasche di vivo sangue*, ait Medicus Summ. pag. 55. §. 27. postea vero = *Non ostanti oltri salassi sino al terzo, e Narcotici &c. IL MALE S'INGIGANTI' in maniera, che sino a tre volte diè per la bocca REPLICATI BOCCONI DI SANGUE ; al settimo, ed ottavo giorno &c. lo trovai, che se l'era avanzato a maggior segno la difficoltà di respiro, la tosse esasperata a maggior segno, e che la notte antecedente avea buttoto un' oltra QUANTITA' DI SANGUE, che io osservai in un vase, e colle forze molto obbattuto &c.* (*Summ.pag.*56. §.38.) Illud etiam dictis addam ægroti anxietatem, ac metum non tam a rejecti sanguinis grumis, quod imaginationi temere omnino tribueres, quam ab aucto pectoris dolore fuisse ortum ; uti pergit Medicus Summ.pag. 56. §.39. = *Lo trovai tutto ambascioso, e mesto PER IL GRAN DOLORE AVANZATOSI.* Et merito ; quia ex *alibi dictis* auctus ille dolor novam prænunciabat sanguinis eructionem. Ex debilitate tandem, ab ipso morbi initio, ipsius morbi gravitatem optime arguit Peritus pro veritate in suo Voto *sup.III.* §.14. & 15.

291 Quum ex Aretaeo paulo ante exposuerim ob unam sanguinis ex pulmone ejectionem versari hominem *in extremo discrimine* ; supervacaneum duco diatribam de rejecti sanguinis quantitate cum Animadversione canere, §.70., ut quemadmodum antea cumulate feci (*a*) iterum probem, non exagerasse Testes de ægroto deponentes, quod = *non trovava sito* = *non poteva respirare* = *somma debolezza* = *morto per morto* = *estremo medicamento* = Nam de virium prostratione a Medicis inter Hæmophthysis symptomata recensita perperam authumas, eosdem de eo tantum loqui stadio, quo longus fuisset morbus. Unum afferam Hoffmannum, post primam, aut alteram sanguinis rejectionem debilitatem describentem ; ita ut novam rejectionem ortam agnoscat *ob relictam debilitatem* a præcedente ; apud cit. *Hoffman. Tom.2. pag.*192. *post med.* Præterea alias postquam Peritus *pro verit. in suo Voto* §. 15. ab eadem debilitate ipso morbi initio orta graviorem morbum agnovit.

292 Hactenus in Judiciis obtinuit, ut Causæ ab oculatis Testibus finiendæ sint. Si ad detrahendam eis fidem nuda valeret exagerationis ingesta suspicio, actum de Judiciis esset. Si hanc nostris Testibus affingis, quia sanguinis ejectiones frequentes, copiosæque non fuere, morbi gravitatem a sanguinis potius copia, quam a pulmonalis vasis difficillima consolidatione, ejusdemque certissimis signis contra Clinicorum sententias (*b*) metiris, quemadmodum etiam advertit Peritus *pro verit. in suo Voto sup. Mir. III.* §.7. & *seq.* Affero curæ Medicum morbi obstinationem, & incrementum graphice describentem *Summ. pag.* 55. §. 26, & *seq.* = ibi = *Accorsi ol male con salassi, pediluvj, vessicanti, ed oltri specifici, che l'orte Medica mi suggerì. MA TUTTO FU' IN VANO. Giacchè ostinati li dolori del Corpo, PIU'SI AVANZAVA QUELLO DEL PETTO &c. incominciarono a vedersi dietro una tosse forte alcune rosche tinte di vivo sangue, e finalmente la notte alcuni bocconi dell'istesso sangue, che &c. la sera furono interpellate, e susse-* cu-

O 2

(*a*) *Fratr.Resp.pag.*128. §.303.*ad* 307. (*b*) *Prat.Resp.pag.*126.*init.*

cùtive la notte. Ritornato a visitarlo la mattina, trovai il Paziente ABBATTUTISSIMO DI FORZE CON RESPIRO STENTATO, & pag.56.§.38. NON RICEVE' ALCUN SOLLIEVO, *seguitai ad assisterlo circa otto giorni*, E NON OSTANTI ALTRI SALASSI SINO *al terzo, e continuazione di Narcotici leggieri, e blandi*, IL MALE S'INGIGANTI' *in maniera, che sino a tre volte diè per la bocca* REPLICATI BOCCONI DI SANGUE; *al settimo, ed ottavo giorno &c. lo trovai, che se l'era* AVANZATO A MAGGIOR SEGNO LA DIFFICOLTA' DI RESPIRO, LA TOSSE ESASPERATA AL MAGGIOR SEGNO, *e che la notte antecedente avea buttato* UN'ALTRA QUANTITA' DI SANGUE *&c.* & pag. 55. §. 28. ubi eadem Feria IV. Majoris hebdomadæ = *Ritornato a visitarlo la mattina, trovai il Paziente* ABBATTUTISSIMO DI FORZE CON RESPIRO STENTATO, ED AFFANNOSO, *che mostrava voler fra breve esolar l'Anima* = & pag.56. §.40. = *Colle forze molto abbattuto &c. tutto ambascioso, e mesto* PER IL GRAN DOLORE AVANZATOSI, MI FECE TEMERE *&c. onde io richiesi &c. un'altro Professore per colleggiare; giacchè* LA GRAVEZZA DEL MALE INDICAVA CONSEGUENZE PESSIME, E FUNESTE. Tacitus prætereo testimonium tum Sanati legen. *Sum. pag.* 51. §.1. *& seq. pag.*53. §.15.; nec non oculati Tyronum Magistri *Summ.pag.* 63. §. 79. *& seq.* dicam vero hactenus pro canone apud Sacrum hunc Senatum obtinuisse, Morbi statum, & gravitatem a Curæ Medico esse attendendam teste Benedicto XIV. *lib.* 3. *cap.*7. *num.*8. ibi = *De Medicis, qui infirmum curarunt . . . .* STATUS MORBI EX EORUM TESTIMONIO DIGNOSCITUR *&c. nemo non videt tum Consultores S. Cong. tum Medicos ab ea interrogatos in Miraculi discussione tutius procedere posse, si Medici curæ adstantes testati sint.*

293 Quod si Sanatus in Apostolica Inquisitione dixit = quod = *Esso Medico, e tutti di questa Congregazione mi tenevano già spedito, di modo che ne scrissero a miei Genitori: Mi diede morto per morto un'estremo medicamento. Animad.* §. 72. ac iisdemet verbis usus non fuerat in Inquisitione Ordinaria, non ideo tamen ejus mutat fides; tum quia in Apostolico testimonio stat potissimum hodierni Judicii ratio, ceu cum Benedicto XIV. paulo ante retulimus; tum quia diversis licet verbis, idem quoque in Ordinaria Inquisitione dixisse videtur, cum dixit = quod = *il male in cambio di cedere* PIU' S'INASPRIVA, *tantochè &c. Venuto il Medico la mattina, ed avendomi veduto* IN TALE STATO *mi fece una pillola &c.* Certe Medicus tristem suam morbi prognosim in eadem jam *Ordinaria* Inquisitione satis aperte iis verbis declarat = *Mi fece temere* = qua de re alium consulendum Peritum requisivit, quia = *La gravezza del Male indicava conseguenze pessime, e funeste* =

294 At hic Animadversio sciscitatur §. cit.72. Si Medicus dederat Tyronem *per già spedito* = cur sollicitus non fuit de Sacramentis ei ministrandis? Cur Religiosi viri de hoc non fuerunt solliciti? Undenam probas non fuisse sollicitos? Anne a Testium silentio? Oh probationem omnium infirmissimam! Aeque reponere licet fuisse sollicitos, quin valeas probare contrarium. Accidisse quidem potuit Sacramenta Medicum præscripsisse, quin ad hanc circumstantiam

enar-

enarrandam Testes advertissent. Hinc quod uni nititur negativo argumento nulla ratione constat. At quoniam in superiori Causæ actione animadverterem cum *Zacchia*, *Reiffestuel*, & *Kresllingero* ob morbi naturam ægro tam dire vexato non licuisse Viaticum porrigi; urget Animadversio =*sed nec vel potuit in propitio instanti tentari?* Non quidem. Quamquam enim post nocturnas evomitiones usque ad Medici adventum non amplius sanguis apparuit, haud tamen cessaverat *irreverentiæ periculum*, quo tales ægroti a viatico arcentur, juxta allatos AA., & Baruffaldum ad *Ritual.Rom. Tit.26. numero* 45. Nam Hæmophthysis ex iis morbis est, qui suos per intervalla Paroxysmos renovant, ceu omnes Medici docent, ac præsertim Hoffmannus *Tom.2. num.192.* = Heister. *Compend. Medic.Dissert. de Medic. Mechanic. præstant. pag.34. num.33.* & Monget Biblioth. Medic. *Tom.2. verb. Hæmophthysis pag. 675. col.1. num. 7.* ibi = *Per intervalla REDIT, hoc sanguinis sputum &c. vasis nonnihil intumescentibus ITERUM profluit sanguis.*

95 Si vero per illud breve intervallum non apparuit sanguis, tussis tamen, cæteraque tetra symptomata permansere proximi paroxysmi nuncia. Nam = *l'Infermo riposò per sole tre ore, dopo le quali si svegliò con una FIERA TOSSE COSI'VEEMENTE, che fu costretto a buttare due bocconi di sangue &c. SEGUITO'TUTTA LA NOTTE A TOSSIRE senza dare altro sangue CON AMBASCIA però tale, e DIFFICOLTA' DI RESPIRO, E DOLORE NEL PETTO, che si sentiva alle fauci della morte* = Summ. pag.58. §. 50. *pag.60.* §. 61. = Neminem autem fugit non modo vomitum, sed item tussim, præsertim vehementem, & continuam impedimento esse Viatico; uti præ cæteris advertit Quartus *in Rubric. Miss.Rom. Sect. 3. dub.2. §. IV.* = ibi = *Communioni obstant vomitus, vel TUSSIS FREQUENS.* Satis certe erat ad Communionem nequidem memorandam funestus exitus porrecti jusculi in præcedenti quiete tentati, de quo Animadversio meminit ex Summ. pag. 53. §. 48. = *Osservato dal Medico, e veduto* (mane feriæ tertiæ majoris hebdomadæ) *che la tosse col sonno ricuperato era divenuta un poco più rara, azzardò di dargli un poco di brodo con pochissimi tagliolini: Non fu brodo, nè furono tagliolini, ma fu UN VERO VELENO; imperciocchè subito Egli fu preso da una TOSSE COSI' VIOLENTA, E CONTINUA, E PROFONDA, che indicava una più forte rottura delle vene polmonali, onde non trovava sito nel letto; durò questo suo patimento SINO ALLE TRE ORE DELLA SERA del detto giorno.* Si de sacra hostia quod de jusculo accidisset, nonne Medicum Religiososque de malo exitu a præcedenti tentamine edoctos, irreverentiæ, imprudentiæ accusasses?

296 Nobiscum tandem Animadversio convenit §. 73. =*violentam tussim, cruentæ expuitionis periculum tale tantumque præbuisse impedimentum, ut de administrando Viatico ne cogitandum quidem foret* = Addit tamen = *numquid idem occurrebat obstaculum ad expiandam Sacramento Pœnitentiæ conscientiam?* Cur negas id factum? *In Actis* reponis, *nemo est, qui saltem verbo dicat insinuatum fuisse Tyroni del Vecchio, ut si Viatico in eo discrimine positus muniri nequibat, exhomologesi ad mortem se disponeret.* Sed infirma probatio negativo argumento de more innixa ab omni

nos

nos cura liberat. Repeto enim id factum; licet Testes omiserint: Sed negativo argumento positivum oppono; illud inquam fuisse executum, quod Congregationis SS. Redemptoris Tyrones in more pro Regula habent, quoque die festo, ac bis in hebdomada exhomologesim facere = *due volte in ogni Settimana si confessaranno* (a). Qui quidem mos causæ esse potuit Religiosis Testibus, qua in testimonio ferendo ad hanc circumstantiam non adverterint, utpote de re apud eos nec insolita, nec rara, nec explicito commemoranda.

297 Tertio Animadversio interrogat cit. §. 73. = *Quo facto accidit, ut nemo cogitaret de Sacerdote, qui prope infirmum vigilias ageret?* Nullo fato. Bini enim Tyronibus Præfecti, qui alter alteri successit, de hac re per diem, noctesque cogitarunt. Eorum primus fuit P. Laurentius Nigro = Summ. pag. 63. §. 80 = *Io credevo, che la notte istessa* (Dominicæ in Palmis) *avesse dovuto mancar di vita, per cui IO STIEDI SEMPRE VIGILANTE SINO ALLE SETTE DI QUELLA NOTTE, in cui intesi calmata la violenza della tosse, chiusi gli occhi, e mi riposai alquanto* = P. Deodatus Crescuoli; qui P. Laurentio in Tyronum cura successit, addit Summ. pag. 58. §. 48. = *Durò questo suo patimento sino alle tre ore della sera del detto giorno* = (feriæ tertiæ majoris hebdomadæ) *Io quindi ordinai ad un Novizia Laico, che nella detta notte dormisse in una stanza contigua all'Infermo, e fosse stato pronto ad accorrere nel tocco del Campanello, che aveva posto vicino al medesimo Infermo, se mai in quella notte gli fosse avvenuto di peggio*. Itaque uterque Sacerdos prope Infirmum vigilias egit, donec periculum animadvertit, ac neuter recessit, nisi: *calmata la violenza della Tosse* = ita tamen ut Laicus adesset, qui superveniente periculo confestim vocaret. Urget vero Animadversio id satis non esse, sed Sacerdotem adstare debuisse, qui imminente morte *suprema ei præstaret officia*. At hæc nonnisi in mortis *articulo* extremo agone laborantibus juxta Ecclesiæ ritum præstanda sunt. Dum enim ii in uno mortis *periculo* versantur tales a sacro Ministro agendæ sunt excubiæ, quales egere in re nostra ambo Tyronum Magistri, qualesque a Parochis exigit Ecclesia *in Rit. Rom. Tit. 31. de modo juvandi Morientes §. 1. ibi* = *Ingravescente morbo Parochus MONEBIT INSTANTE PERICULO SE CONFESTIM VOCARI, ut in tempore præsto sit* morienti; Hæc porro utriusque Sacerdotis agendi ratio erga ægrotum adhibita, & ab Ecclesia adhiberi solita erga *morientes*, apprime probat ejusdem *mortis periculum*; probat, inquam, quod in Miraculo non est necesse probari. Ad illud enim non requiritur ægrum constitutum fuisse in mortis periculo, sed dumtaxat morbum fuisse gravem, curatuque difficilem. Vide gravitatis morbi evidentiam, Vide *zelum, & sollicitudinem Religiosorum hominum, ad quos pertinebat Infirmus* quam Animadversio exoptabat §. 74.

298 Nullo autem pacto assentiri queo Animadversionis monito §. 75. nullo

(a) In Regul. Congr. SS. Redempt. *Part. 2. cap. 2. Della frequenza de' Sagramenti §. 1. num. 2. ibi: Quei che non saranno Sacerdoti si communicheranno tutte le Feste di Precetto, ed il Mercoldì, e Venerdì di ogni Settimana, e due volte in ogni Settimana si confessaranno.*

lo in pretio habendas esse Scriptorum sententias per nos allatas de indole, gravitate, & periculo Hæmophthysis, cum quæstio non sit juris, sed facti. Ita ne? Quomodo de facto judicium proferre quis potest, nisi factum cum Jure, sive cum signis a Medicis allatis conferat? Si ex symptomatibus noscitur morbus, si hæc a salutaris artis Scriptoribus petenda sunt, quonam pacto ex symptomatibus, quæ Acta perhibent, morbi indolem, qualitatem, gravitatem secus assequi vales? Absque hac facti, jurisque concordia omnia judicia corruerent.

299 Sed intelligo eam esse Animadversionis mentem, ut innuat laudatos Clinicos ad eam Hæmophthysim se referre, quæ copiosum sanguinem fluit, diuque durat. Proba ita esse. Nos contrario probavimus duos distingui a Medicis morbos, unum Hæmophthysim, alterum cruentum vomitum. Prima parvam sanguinis copiam, alterum copiosam præsefert; præ cæteris id legere est apud Etmullerum *Oper. Medic. Tom. 1. pag.* 385. *de Hæmophtysi §. per os ejicitur* = ibi = *SPUTUM sanguinis HÆMOPHTHYSIS appellatum, idque ad differentiam sanguinis VOMITUS*. Hinc ad statuendam Hæmophthysim ea sat est sanguinis quantitas, quæ per sputum reddi potest, uti advertit Bellinius *de morb. pect. verb. Hæmophthysim* = ibi = *De solo sputo sanguinis agimus, qui ducit originem a Pulmonibus &c. dummodo TANTUM SANGUINIS affluat, UT REDDI PER SPUTUM POSSIT, fiet illud sputum sanguinis, de quo hic nobis instituitur sermo*. Comparet quis sputum cum sanguinis quantitate a nostro ægroto rejecti, quæ una postrema vice matulam replevit, factum cum jure comparet, & Hæmophthysim neget.

300 Probavimus item Hæmophthysis gravitatem, difficultatemque non ab ejus duratione, sed a symptomatibus pendere. Et hæc cum juris sit quæstio, nonnisi a Clinicis finienda est. Ita porro. Imprimis audio *Mortonum* recentiorum facile principem Medicos monentem, ut in prima eorum visitatione, quin de morbi causa, & duratione interrogent, statim de Hæmophthysi funestum præsagium annuntient. En ejus verba *Phisyolog. lib.* 3. *cap.* 5. ibi = *Prudentem, & honestum Medicum ad curationem hæmoptoes evocatum decet PRÆSAGIO DE PHTHYSI subsecutura tempestive PRIUS FACTO, suæ, atque Medicæ famæ consulere*. Audio pene innumeros salutaris artis Scriptores, quos ipsa nos *acervasse* Animadversio fatetur §. 75. audio, inquam, docuisse sanguinem rejectum ex ore ob causam *gestationis alicujus ponderis*; gravem pectoris dolorem statim a conatu infixum, & inde usque perennem, feralem, horridam, & convulsivam tussim cruentam eruptionem prægressam: ipsam violentissimam tussim eamdem eruptionem concomitantem: pectoris dolorem per eruptionem non imminutum, sed quotidie auctum: anxietatem, difficilemque respirationem: cruentæ excretionis modum non expuentis instar, sed impetuose eructantis per buccellas, & grumos: ejecti cruoris floridum, vividumque colorem; Ipsius cruoris spumam: impossibilem in latus decubitum; imminutam vocem; extremam denique virium prostrationem, certa, & indubia esse symptomata rupti Pulmonalis vasis, pulmonalisque propterea Hæmopthysis. (a) Audio Jacotium apud Haller quod TUS-

SIS

(a) *Prat. Resp. pag.* 111. *ad* 187. *a §.* 256. *ad* 280.

SIS MOLESTIA PULMONEM DILANIAT, ET ULCUS AMPLIFICAT. De Heredia, quod *Repetita tussi non SOLIDATUR VAS*: Mussitanum quod *Tussis semper ulcus MAGIS APERIT*: (c) Swietenum tandem (b) in sanguinis sputo: NULLAM CONSOLIDATIONIS SPEM ESSE, *quæ in cura Hæmoptoes* UNICE PENDET = quodque tussis *semper pectus agitat*, ET PULMONEM CONQUASSAT. *Unde etiam antea prolata fuit* DIFFICULTAS CURATIONIS *in hoc morbo*.

301 Hæc ad jus spectant. Ex hoc autem jure quid in facto consequitur? Hæmophthysim gracilis adolescentis *Caroli del Vecchio*, in qua hæc omnia, non dicam convenere, sed irruere symptomata, omnia artis præsidia in irritum cessere, iisque potior morbi vis usque ad miræ sanationis instans recruduerat, fuisse Hæmophthysim Pulmonalem curatuque difficillimam; propterea que arduum præbere subjectum Miraculi in ipso requisito numero adprobando. Neque repetas periculum pertinere *ad tempus successivum cit.* §. 75. Nam si Hæmophthysis periculum in eo est, ut succedente tempore inflictum pulmoni vulnus in sordidum aleat ulcus, & immedicabilem Phthysim, & si usque eo cunctare dum ad constituendum Miraculi subjectum, tunc *secundi*, *non tertii generis* prodigium tueremur. Ad miraculum vero tertii generis satis esse, ut morbus sit curatu non impossibilis, sed tantum *difficilis* vel ipsis Tyronibus patet.

302 Ad hæc cum Animadversio nonnisi verba dedisset, ad exemplum progredior Miraculi *Octidui fluxus sanguinis* adprobati in Causa *B. Joannis de Prado*, ad quem Animadversio provocat §. 77. Nos a rationibus, factisque potius, quam ab exemplis Causas dicere soliti nunquam ab hoc exemplo Miraculi vindicias aggressi fuimus, ceu Animadversio suadere studet, scribens esse *Casum, quem approximore intendunt defensores ad speciem nostram*. Bene vero, cum in superiori Causæ concertatione objectum nobis fuerit idem exemplum ad ostendendam arduitatis discrepantiam (c) eo successu exceptioni occurrimus, ut ipsa Animadversio visa sit ad Miraculi patrocinium nobis suppetias attulisse. Ostendimus enim (*in præter. Resp. pag.* 135. §. 326. *ad* 335.) ea in Causa Miraculum haud fuisse inscriptum ab *Hæmophthysi*, sed ab *immoderato sanguinis effluxu*, qui diversi generis morbus est; ostendimus Peritos pro veritate scribentes Lopez, & Lancisium, etsi existimassent quod immoderatus sanguinis effluxus NOVUM PERICULUM *minabatur*, mortis nempe; gravitatem tamen morbi, Miraculique arduitatem constituisse I. in periculo Phthysis, vel Hydropis, qui morbi ex ipsa una Hæmophthysi oriri debuissent. II. In maxima virium debilitate, in quam æger inciderat. III in momentanea sanatione cum virium recuperatione. IV. in sanitatis continuatione spatio octo annorum.

303 Conferte, quæso, Sapientissimi Judices, casum cum casu, & pro vestra doctrina decernite, an nobis suppetias Animadversio tulerit. Idem periculum, Phthysis nempe: eadem maxima virium debilitas: eadem momentanea sanatio: eadem instantanea, ac perfecta virium recuperatio: eadem sanitatis continuatio; in qua illud discriminis, quod

---

(a) *Ibid. pag.* 122. §. 290.
(b) *Ibid. pag.* 126. §. 301.
(c) *Præt. Animad. pag.* 23. *& seq.* §. 57.

quod eo in Sanato constaret hæc spatii *octo* annorum, in nostro *quindecim*; ut in *cit. præt. Resp. pag.* 136. *in fin. & seq.* Imo vero in nostra Causa sanationis instantaneitas ab ipso Sanato enarrata tam mira, tam insperata, tam subita fuit, ut ea una satis superque sit cuique Sapienti ad proferendum de miraculo judicium. Ait enim *Sum. pag.* 51. *in fin. & seq.* quod = *Applicando detto quadretto, e Capelli del Servo di Dio*, ALL'ISTANTE *non intesi più male alcuno, e tanto valido di salute, che io stesso mi viddi confuso* NON SAPENDO SE FOSSE VERO, O NO' QUELLO, CHE MI ERA ACCADUTO . . . . *al fatto istantaneamente accaduto tanto restai sorpreso, che non ebbi nepp ur animo di dirlo al Maestro de' Novizj &c.* LA FORZA ERA COSI' GRANDE, *che mi era venuta, che entrato in quel tempo un Fratello chiamato Fratel Leonardo Cicchetti mi domandò come mi sentiva, ed io risolutamente risposi* = Ti vuoi fare una puniata? *Il detto Fratello, che momenti prima mi aveva veduto quasi estinto, nel sentirmi così parlare si partì quasi tutto confuso*. Tanta profecto, tamque repentina Sanatio Excelsi dexteram portendit, uti ponderat Matta *de Canoniz. SS. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 13. = ibi = *Cum actio instantanea sit propria solius Dei &c. ex perfecta instantaneitate necessario concluditur effectum hujusmodi procedere a causa perfecte in instanti operari valente, quod nullatenus competit causæ secundæ*.

304 Sed ad aliud exemplum provocor. Ait enim Animadversio *cit.* §. 77. *Unum scio sæpe propositum semperque rejectum a S.C. fuisse Miraculum, quod inscribebatur in Causa V. S. D. Mariæ Magdalenæ Martinengo, Sanationis Fratris Josephi Mariæ ab Aquafrigida a Phthysi hæmophtoica biennali*. Sic equidem. Sed item scio non fuisse rejectum, quia de hæmophthysi agebatur, ac si morbus esset qui in Animadversionis supposito difficilis non reputatur, ac sæpe numero sponte artis auxilio sanatur. Si se res ita habuisset, errasset quidem rerum nostrarum Magister Benedictus XIV. hæmophthysim in eorum Morborum censum referens, qui arduum constituunt subjectum Miraculi necessario in numero adprobandi; errasset, quod absurdum, sacer hic Senatus, qui cum alias, præsertim in Causa tunc *Ven.*, nunc *S. Francisci Caracciolo* Miraculum adprobavit *ab Hæmophthysi* inscriptum. Sed his missis; quæ ratio S. Congregationem impulerit ad rejiciendum objectum Miraculum in Causa V.S.D. Mariæ Magdalenæ Martinengo non ab alio quidem fonte haurienda est, quam a declaratione, a Fidei Promotore post Generalia Comitia in fausto successu habita Postulatoribus pandita ut probe noscerent, qui fuisset Causæ nodus, qui felicem ejus exitum præpediverat. Ea vero in declaratione de asserta subjecti levitate ab hæmophthysi petita nec vestigium, nec vola, sed nodus in uno ponitur necessariæ probationis defectu. En verba (*a*) *Pauca tantum recoquam, ut Postulatores probe intelligant quo demum omnis difficultatis cardo revolvatur. Itaque hoc breve dicam*: CAUSÆ NODUM OMNEM (nota = *omnem*) ESSE IN NECESSARIÆ PROBATIONIS DEFECTU, qui præsertim occurrebat per bimestre immediate ante sanationem, itaut nullus foret

P Te-

(*a*) *Animadv. Addit. sup. Mir. an post obtentam unius Mirac. adprob. &c.* §. 1. & 33.

Testis, qui de morbi perseverantia, subitaque sanatione diceret (*a*) Ubinam de facili hæmophthysis curatione, vel obiter facta commemoratio? Quid cum nostra Causa, eo in eventu, vel saltem simile? cum nostra, inquam, Causa, quæ locupletissimo Testium numero abundat, tam de statu immediate ante, & immediate post sanationem, quam de ejusdem instantaneitate? Ergone Miraculum, *ob probationis defectum* una in Causa rejectum, semper in cæteris, licet *probatum* rejiciendum erit? Quis umquam dixerit?

305 Noverit alter ex AA. PP. sodalem suum ingentem sanguinis copiam ad annos viginti expuentem, & postea sanum, ac robustum conspexerit, ab eoque resciverit omnia naturaliter processisse apud *Animad.* §. 78. Quid inde consequitur? Illud certe, Censorem suam fefellisse opinionem, dum paulo ante objiciebat Hæmophthysim tunc esse curatu difficilem, cum *diuturna* est, sanguinisque *copiam* emittit. In eventu *ingentem sanguinis copiam* habemus; *diuturnitatem*, non decennium, sed *viginti anni* constituunt. Quisnam sanationem miraculo non adscripsisset? Et tamen constat *omnia naturaliter processisse*. Vide argumenti a copia a diuturnitate petiti inanitatem apertissimam!

306 Illud certe nos piget amplissimum virum e Cœnobio fuisse discessum cum naturalis hæc sanatio accidit. Ni enim discessisset propriismet vidisset oculis, an sanationem eadem symptomata comitata fuissent, ac illam *P. Caroli del Vecchio*; & utrum pectoris dolorem, vehementissimam tussim, anxietatem, respirandi difficultatem, ac omnimodam virium prostrationem secum vomitus præsetulisset. Tunc enim is pro sua doctrina decernere facile potuisset, an sanatio reapse naturæ fuisset opus. Natura autem viribus eget, ut sanguinem e pulmone valeat excernere, uti observat Swietenus *ad Aphor.* 901. *post init.* ibi = *Educi nequit sputum de pectore* OB DEBILITATEM ÆGRI, *vel ob* DOLOREM *summum &c. vires adeo projectæ sunt, ut excerni nequeat illud quod in Pulmone coacervatur*. Unde Jacotius apud Haller, *in Coac. Hyppoc. lib.* 5. *Sect.* 2. *Comment.* 1. *Aphor.* 80. inquit = *Ergo cum viribus opus sit &c. frequentissime contigit per affectus thoracis ægros* MORI PROPTER IMBECILLITATEM VIRIUM.

307 Nos item piget, eumdem doctissimum virum dum sanguinem eructantem vidit, non animadvertisse ad signa, quæ ipsum sanguinem a pulmonibus prodeuntem ostendunt, an potius a ventriculo aliove viscere; sunt enim variæ, eæque inter se diversæ apud Clinicos hemorrogiarum species, de quibus Schenkius *lib.* 3. *observ. Medic. tit. de venis, & sang.* Hinc ab allato eventu nihil omnino emergit, quod nostro eventui adversetur, aut cum eo comparari ullo modo possit.

No-

(*a*) *In cit. Animad. Addit.* §. 3. ubi; *Ivit* (*æger*) *Brixiam &c. porro quanto tempore is Brixiæ moratus est? Haud certe aliquot horis, aut aliquot diebus, sed longissimo tempore:* di circa due Mesi: *quinam igitur a Postulatoribus afferuntur Testes, qui deponant de morbo, ejusque qualitate, & progressu in immani hoc temporis spatio:* di circa due mesi?: NULLUS OMNINO, NULLUS. *Quinam afferuntur Testes, qui testentur in hac longa temporis intercapedine se vidisse Josephum Mariam tam in statu, immediate ante sanationem, quam in statu immediate post sanationem, itaut vere testentur eum sanatum fuisse in physico, aut morali saltem instanti?* NULLUS OMNINO, NULLUS. *Ergo deficit &c. etiam levis, & minus perfecta instantaneitatis probatio.*

Novi & ego; norunt permulti, ac fere Urbs tota novit robustum, pinguemque hominem in via *della Croce*, ac in Romana Curia Advocati munere strenue fungentem, qui ab ephæbis ad firmam usque ætatem pluries per annum copiosum cruorem evomere, & excreare solebat; donec quadam die dum sapide jucundeque cum Genitrice prandebat, repentino ejulatu emisso, momento ea, qua insidebat, sella purpuream efflavit animam. Quo inopinato spectaculo perculsa Genitrix haud ita multo post & ipsa præ dolore decessit. En Hæmophthysis periculum, vel phthysis, vel subita Mors; quemadmodum iis etiam permultis evenit hæmoptoicis, quos novit Swietenus *in Boerrhav*. §.1201.

DE SANATIONE.

308 Si quid erat in Causa facile prætereundum, illud vel imprimis de sanatione disserere. Tam subitam enim, tam miram, tam repentinam sanationem exhibent Acta, ut hoc nomine nulla Prodigia huic anteferantur, pauca putentur paria. Quid, amabo, celerius, quam in instanti physico? Ita porro. Quid mirabilius, quam quod Sanatus ipse a mortis faucibus, non secus ac Petrus a vinculis, ereptus rei novitate obstupesceret, se visum videre putaret, sibique ipsi non fideret? Ita Vobis justissimi rerum æstimatores Sanatus accidisse sibi aperte testatur Summ. pag. 51. §.6. = ibi = *Applicando detto Quadretto, e Capelli del Servo di Dio*, ALL'ISTANTE NON INTESI PIU' MALE ALCUNO, *e tanto valido di salute, che io stesso mi viddi confuso, non* SAPENDO SE FOSSE VERO O NO QUELLO CH' ERA SUCCEDUTO; & pag. 53. §. 18. = *finite di dire dette parole* (invocationis) *io mi sentii sano totalmente*. Tantam profecto admirationem, non nisi res maximæ prorsusque Divinæ operantur, ita ut homini præ timore videantur incredibiles; ceu ad rem advertit Cornelius a Lapide *in Act. Apost. cap.12. vers.* 9. super illud, *& nesciebat, quia verum est* = ibi = *Maximæ enim res fiebant, quæ præ timore videntur incredibiles ait S. Chrysostomus, præsertim cum sint* IMPROVISÆ SPEMQUE, ET EXPECTATIONEM SUPERANT.

309 Ad hæc Animadversio quid? Prætereuntis instar cuncta acervat §. 79. jam antea diluta. *Quid juvat*, inquit, *penitus scrutari, num sanatio tribuenda sit æthiopis vegetabilis efficaciæ, an Ven. Alphonsi intercessioni*? Nihil mehercule juvat, cum jam ex Hoffmanno, ac Mortono probaverim (a) hoc genus Narcotici ad compescendam tantum sanguinis eruptionem, & aliquantulam quietem inducendam, non vero ad expugnandam morbi vim, vel rupti vasis consolidationem obtinendam, vel recidivam impediendam adhiberi. Unde sagax in arte Medicus sapienter dixit = quod *se la trovata meglioria era per durare ore, o al più qualche giorno, doveva attribuirsi ad effetto del rimedio*; & quod = *l'Etiope vegetabile poteva raffrenare per qualche ora il botto del sangue, non estinguerlo* = ac tandem quod = *avrebbe di nuovo dovuto comparire almeno la tosse, la*

(a) *Prat.Resp.pag.*152. §.360.*ad* 365.

la difficoltà del respiro; *ed il dolore* (a) Idque sapientissime confirmat Peritus *pro veritate in suo Voto super III. Mir.*§.9.

310 Quid vero, quod sumptus bolus nec ipsa potuerat symptomata compescere cum Sanatus Insperatis jam rebus adVen.Ligorium confugit? Audi Sanatum *Sum. pag.* 53. §. 17., ibi= *Presi la Pillola*, *e come* IL DOLORE CRESCEVA, ED ERA INSOFFRIBILE *senza potermi muovere da niun lato &c. elasso*, *circa un mezzo quarto d' ara &c. mi applicai SUL DOLORE una figura &c.*, & prius pag. 51. post §. 5. = *Mi diede morto per morto un estremo medicamento*, *una pillola di etiope vegetabile &c. ma* FU' VANO ANCORA QUESTO RIMEDIO, *quindi* NELL' ULTIMA DISPERAZIONE *il Maestro di Novizj mi applicò sopra del petto detto quadretto &c.* Consonat Medicus pag.55. post §. 29. = *Presa la pillola di detto Etiope vegetabile*, *VEDENDOSI AVANZARE L'AFFANNO &c.* Ac tandem Tyronis Magister invocationis Auctor *Sum. pag.* 58. §. 51. confirmat quod sumpto bolo = *io vedendo lo stato dell' Infermo* A MAL PARTITO, NE' SAPENDO PIU' CHE FARE UMANAMENTE, *per guarirlo gl' insinuai*, *ed animai a ricorrere &c.* Oh miram, ut ajunt, boli efficaciam, morbi exacerbationem! Sumpto bolo tetra morbi symptomata pertinaciter perseverant; admota dolenti pectori Ven. Ligorii Reliquia abeunt illico, viresque redeunt; a quonam repetenda sanatio?

311 *Quid prodest Animadversio pergit cit.* §. 79. *de hæsitantis Medici dubio judicio quærere?* Plurimum prodest. Prudentis enim Medici judicium per diem suspensum, quo adverteret, an cessata symptomata redirent, quemadmodum præter Miraculum redire debebant; uti dubium desumpti boli efficacia prorsus excludit, sic Miraculi certitudinem in tuto posuit. Non enim semper hæsitavit, sed hæsitationi judicium successit, illudque gravius, quo maturius. Qua de re plus nobis Medici dubitatio profuit, quam aliorum Testium prompta de Miraculo fides; argumentari liceat cum S.Gregorio de hæsitante Apostolo *Hom.* 26. *in Evang. post med.*, ibi = *quia dum ille ad fidem palpando reducitur*, *mens nostra omni dubitatione postposita in fide solidatur*.

312 Cunctandum Medicus prudenter existimavit antequam de Miraculo pronunciaret, tunc de eo pronunciaturus cum morbi symptomata haud amplius apparuissent. Hinc ait = *Io sino alle are* 22. *in circa stiedi sempre all' osservazione del Paziente*, *il quale niente si mutò sino a detta ora*, *anzi si vide sempre più rinvigorito*, *ed allegro*, *facendomi istanza*, *che voleva rifocilarsi*, *perchè diceva*, *che stava dell'in tutto bene*. Redivit insequentis diei mane, ac æque sanum intellexit= *La mattina susseguente lo trovai nel medesimo stato sano come sopra*, *cercandomi di nuovo da mangiare*. Cunctavit adhuc, sed *senz' altro soccorso dell' arte* CONTINUO', ED HA CONTINUATO A STAR SANO, E SALVO. Tali modo procul amandata omni suspicione de boli efficacia, cujus vis = *poteva raffrenare* PER QUALCHE ORA *il butto del sangue*, *e non estinguerlo*. = Sum. pag. 53. §.19. = Et *se era ciò effetta della Pillola secondo l' arte avrebbe dovuto di nuovo comparire almeno leggiermen-*

(b) *Sum. pag.*54.§.21.*pag.*56. §.25.*pag.*57. §.41.

mente la tosse, *la difficoltà del respiro*, *ed il dolore* Sum. pag. 57. §. 43. cum nihil ejusmodi per biduum conspexisset, libere judicium suum pronunciavit = *pag.* 56. §. 35. = *Onde* (scilicet a sanationis perseverantia) *Io ho giudicato*, *e* GIUDICO ESSER STATO PRODIGIO *del detto suo Servo Alfonso Maria de' Liguori*.

313 Postquam de prodigio tam clare, aperteque Medicus pronunciavit haud opus est, ut hæreamus verbulo *miglioria* ab ipso usurpato ad significandam ægroti sanationem, cujus Animadversio meminit *cit.* §. 79. Communem enim esse, patriumque dicendi morem sanationem *meliorationis* vocabulo exprimere assequi facile valet, qui alios etiam Testes in II. Miraculo hocce vocabulo ad sanitatem significandam usos advertat. In qua facti specie canonem repetere juvat a Benedicto XIV. traditum *lib.* 4. *p.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. = ubi = *Nisi ostendatur ex toto contextu Meliorationis verbum fuisse a Medico*, & *Testibus usurpatum pro* PERFECTA, ET SUBITA SANITATE: Facili negotio id ex ipsis Medici verbis patet. *Summ. pag.* 54. §. 20. *exadv. cit.* = ibi = *Visitando l' Infermo lo trovai* GIOLIVO, CON PETTO LARGO, E LIBERO DA QUELLE STRETTURE, CHE PATIVA LA MATTINA, *trovai cessato il sangue*, *e quasi tutti i sintomi*, *che l' accompagnavano*; & pag. 55. §. 29. = *Contro ogni mia aspettativa lo trovai* SOLLEVATISSIMO, *che* LIBERAMENTE RESPIRAVA, QUANDO LA MATTINA *non poteva neppure aprire la bocca* &c. *P. intesi parlare* LIBERAMENTE, & pag. 57. §. 41. = *Averlo fatto respirare alla larga* &c. *averlo fatto muovere per ogni lato*, *che prima non poteva fare in niun modo*, *perchè veniva impedito dal dolore* &c. *Si vidde sempre più rinvigorito*, *ed allegro*, *e facendomi istanza*, *che voleva refocilarsi*, *perchè diceva*, CHE STAVA DELL' INTUTTO BENE.

314 Ex his sane verbis liquido constat, Medicum non modo perfectam sanitatem ab invocationis momento in Sanato agnovisse, sed ipsum quoque subobscure fuisse locutum, dum ait invenisse cessata: *quasi tutti i sintomi*. Mitto enim ad Miraculi rationem satis superque esse temporis momento graviora symptomata cessasse, scilicet sanguinis rejectionem, innappetentiam, debilitatem, in quibus Hæmopthysis sanationem sitam docet cum Lancisio Bened. XIV. *lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 8. *n.* 23. = ibi = *Neque necesse est*, *ut omnes morbi reliquiæ*, *quæ ab ægritudinibus superesse solent*, *fuerint hic momento temporis abstersæ*; SUFFICIT *enim* AD VERAM MIRACULI RATIONEM, *quod* MORBUM PRÆCIPUUM, ET GRAVIORA SYMPTOMATA, *cujusmodi in hoc casu fuerunt HÆMOPTHYSIS INAPPETENTIA, LANGUOR, ET DEBILITAS ILLICO EXCESSERINT*. Illud tamen verbo dicam, tum ex laudatis locis, tum a toto examinis contextu nos jam ostendisse Medicum omnia, & singula symptomata in Sanato invenisse cessata, sanguinis rejectionem, tussim, pectoris dolorem, dyspnæam, respirandi difficultatem, debilitatem, innapetentiam, corporis immobilitatem, ipsamque vocis raucedinem; ut *in præt. Resp. pag.* 145. & *seq.* §. 348. & 349.

315 Sapienter denique Animadversio scribit *cit.* §. 79. *in fin.*, quod *parum refert sciscitari*, *num acceptum beneficium tribui debeat in-*

ter-

tercessioni Ven. Alphonsi, an potius potentissimo B. M. V. patrocinia? Si enim a patratis a Deo Miraculis Bmæ Virginis opem excludere velimus, frustra de miraculis quæstionem instituerenius. Quum enim communis Theologorum opinio teneat nulla ad homines, nisi per Mariam, veluti per canalem, cælestia dona descendere, propterea que ipsam esse apud Deum gratiarum *Mediatricem*; veluti jam abunde ex *S. Bernardo, Natale ab Alexandro, & Contensonio* probavimus (a) nullus omnino Sanctus, vel Beatus Miracula, nisi per Thesaurariam Mariam, valet a Deo pro hominibus obtinere. Invocetur ergo, vel non potentissima Virgo, per eam singula Miracula descendunt ad homines; proindeque si ejus invocatum patrocinium obstat, non invocatum item obstabit, actumque de Miraculis foret. Si non obstat, frustraneum est toties de hac re dicere, quoties ipsam dicimus Causam. Hæc probe in telligens doctus Tyronum Magister dum ad superos spem ægroti Ado lescentis erexit, Mariam tamquam *Mediatricem* invocavit; Ven. Alphonsum *intercessorem* adhibuit *Summar. pag. 58. in fin. & seq.* = ibi = *Gl'insinuai, ed animai a ricorrere all' intercessione del nostro Servo di Dio... dopo aver recitati &c. tre Gloria Patri in onore della SSma Trinità, ed un Ave Maria a Maria SSma, acciò si fosse compiaciuta .... la prima di concedere, la seconda di ottenere al medesimo il ristabilimento di salute, APPLICAI LA suddetta FIGURA, e RELIQUIA sul petto dell' Infermo, animandolo a confidare NEI MERITI DEL SERVO DI DIO*. Tali modo imploratam Deiparæ opem una cum alicujus Dei Famuli invocatione non officere, quominus huic tribuatur Miraculum jam res *Judicata* est in hoc sacro Foro, ac novissime in Causa *Tiphernaten.* V. nunc B. *Veronicæ de Julianis super Miraculo I. adprobato VII. idus Junii* 1802.

316 Quamobrem silentio prætereo, non statim a prima simultanea Ven. Ligorii, ac Immaculatæ Virginis invocatione in nostra facti specie Miraculum fuisse patratum, sed ad iteratam unius Ven. Alphonsi invocatam opem evenisse; uti de facto proprio Sanatus narrat *Summar. pag. 53. §. 18.* = ibi = *Mi ricordai, che il P. Crescuoli mi aveva fatto fare prima di prendere la Pillola una raccomandazione a detto Servo di Dio* MONSIGNOR LIGUORI .... *Tornai* ALTRA VOLTA *nell' istesso istante a raccomandarmi al medesimo, e mi applicai sul dolore una figura del medesimo con alcuni suoi Capelli &c. e pieno di fiducia le dissi: Monsignore, se è di gloria di Dio, e profitto dell'anima mia io voglio star bene &c.* FINITE DI DIRE DETTE PAROLE IO MI SENTII SANO TOTALMENTE.

317 Causa dicta est, atque in rebus apertissimis multa adeo diximus, ut reliquum esse nihil videatur, quod hujusce Miraculi adprobationem non dicam impedire, sed ne retardare quidem ullo modo possit. Hoc porro unum tota nostra hæc spectavit oratio, ut facile quis intelligat, hanc sanationem Probationis merito, subjecti arduitate, inaudita-

(a) *Prat. Resp. pag. 159. in fin. & seqq.*

ditaque physica instantaneitate dignam ; quæ (si necessitas Causæ tulisset) in ipso requisito numero Prodigiis adscriberetur , multo potiori jure supra numerum adprobandam .

Quare &c.

Hyacinthus Amicius Advocatus
Joseph Vincentius Luciani

R E V I S A

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei .